ELVCIDATIO FABRICAE. VSVSQ; ASTROLABII.

Ioanne Stoflerino Iustingensi viro Germano: atq; totius Spherice doctissimo/ nuper Ingeniose cōcinnata atq; in lucem. edita.

AD LECTOREM P.G.

QVicquid Athlas Afris: quicqd Thracēsib' Orphe',
Quicquid apud Thebas creditur esse Linus
Aegipto quicquid Vulcanus: quicquid vbicq;
Aut Chaldeorum sunt monumenta virūm
Quicquid apud Gallos Druides: qcquid Zoroastes
Quicquid Persarum Gymnosophista fuit
Omnia (Crede) Stofler Germanus origine Suecus
Hic habet: exacto quae premit ære Cōbel.

Impressum Oppenheym. Anno ꝛc. 1513.

ORNATISSIMO PRESTANTISSIMOQ; VIRO, D. IOANI STOFFLERINO IUSTINGEN. ASTRONOMIE EXPERTISSIMO, GERMANO AC SUEVO DOMINO SUO OBSERVANDO; IACOBUS KÖBEL PROTHONOTARIUS OPPENHEYMEN SESE CÖMENDATU FACIT.

CAMETSI EMINENTISSIME, D. Astronome/ In hoc tuo Astrolabico opello dignissimo & plane clarissimo imprimendo/ omnē operā meam atq; industriam quātum virium daretur collocauerim: Vereor tn/ vbi diurnis & is quidē maximis & cōtinentibus calchographie laboribus: propter multijuga quibus assidue distineor negotia/ superesse non potuerim: non omnia ad libellam absoluta: sed perfunctorie & obiter transacta ac festinata esse. Qua de re/ cum nulla res potest esse simul festinata & examinata/ dictiones ac littere nōnunq; inuerse ac transposite sunt: nec quod cōpositum est nouā emendatione euellere aut obelo confodi poterat: Atq; ea ipsa quātulacūq; sint. Quāuis nec; sententiā peruertant/ nec; intelligentie nubeculā obijciant: Imo vel ab Anniculo puero castigationis limam expectare possint. Emulorū tn atq; imperite multitudinis iniquā censuram grauiter ferre existimandum est qui vt nihil preclari/ nihil excelsi intelligunt, ita pro eorū ignauia & ruditate ad carpendum sunt propensiores, eoq; magis oculorum extendunt obtutū: vbi mentis acies/ vis animi atq; ingenij acrimonia in ipis penitus abest. Preposteram sicubi conspexerint sillabā rident/ lancinant/ & veluti monstrum quoddam se comperisse existimāt: et virulento (vt est eorū natura) dente corrodunt. Ad corrigendū vero & emaculandum sensus obstrusos & ad euoluendum inuoluta. Asini sunt plumbei/ menticuli/ stolidi & prorsus insulsi. Ad reprimendum igit liuidulorū lasciuam importunitatem: et ad sedandum aliquātis per futuros inuidie morsus: cum precipue astronomice discipline vestigatio maiorem & operam & diligentiam eflagitet: tum lumen tam rationis q̄ oculorum acutius/ ac solertiam quandam singularem plus ceteris artib'/ in ipsa perficienda exhiberi: opere precium sit. Ad tollendum quoq; omnem huius opusculi ambiguitatem/ ad conciliandam lectoris gratiam ac fauorem/ vt nulla in parte a verissimis astronomie preceptionibus auelli queat. vt in hoc ipso libello legēdo/ practicando; laborem nō frustra collicasse videatur. Sed ipsius auctoritate atq; eminētia suffultus/ certis demonstrationib' prorsus inniti valeat. Tuam humanitatē: ex re: iterum atq; iterum q̄ deuotissime precor/ hoc tuum opusculum sic nouiter a me excussum: anteq; edatur/ denuo reuidere & adamussim examinare digneris. Singula illius sensa/ verba/ Sifras/ litteras/ tabulas/ figuras diligēter introspicere/ rimare et exactissima iudicij tui lima emendare/ venustare/ ac pristine claritati restituere omino cures. quo vtentibus huius libelli instrumento practice iuditia: & demonstratiōes/ verjores certiores & infallibiliores videantur/ habeantur/ inueniantur. Vnde & candidi in eo lectores oblectati attentiores ac benigniores fiant atq; permaneant. Ceterū vt nihil in eo desideretur. Visum est vt conficias correctorium atq; summarium: aut potius Indicem omnium propositionum/ definitionum/ diuisionum/ interpretationum/ demonstrationum/ ac calculationum/ Preterea omnium dictionum que no-

tu digne vise fuerint ad numerum propositionum atq; ordinem foliorum iuxta alphabetū/quo singula inuenibiliora sint futura; eaq; omnia sic elaborata ad me q̃ primū transmittere curabis. Que & ego summa opera veluti appēdicem huic tuo libello annectere studebo. Hac tamen in re iudicium D. tue expecto. Tu mihi rescribito certioremq; me facito etiam atq; etiam oro. Bene vale.

IOĀNES STOFFLER IACO/

bo Kōbel Salutē. Nō est mi Iacobe qd vereare, ne parū pbe nras excuderis vigilias: si trā sposita vel inuersa vt inquis. Ira fuerit tanq; muscū deme fueris. Quis enī adeo absolutus perfectusq; cui ad Critholai librā expensa sint omia: aut qui nihil aliud promat q̃ quod ad Cleantis euigilatur lucernam. Neq; meipsum facile quesierim extra: qui non ingenue profiteri audeam: vel inscitiam nōnūq; vel cecutientem dormitationem: si bonus quandoq; dormitat Homerus. Verum in eo sum pacatior animiq; tranquillioris. Q; reprehendere atq; damnare imperitorum esse fere solet. Iudicare ac probe expendere prudentum tantū. Accedit et illud qd non omes diuent: et ne tiq; aduertend' est improborum morsus. Tu fac ceptum absoluas opus artifici vt solas opera. Iam denuo a me reuisū & archetypo collatū siphrisq; monstrantibus paginas ita digestū: vt res notatu digne q̃situ q̃ facillime sint, iterūq; lecturis pateat: qd multo studiosos exonerabit labore. In qua re si quid boni effecim' soli deo laus debetur. Sin omissum quod desiderari posset: parcendum est humano ingenio. Nā vt inquit Hesiodus. Ipsa dies quandoq; parens quandoq; nouerca. Bene vale.

IOĀNES DE VVIRSPERCK

Eysteten: Augusten: & Ratisponen ecclesiarum Canonicus Illustrissimi domini ac principis Palatini reni: Principis Electoris &c. Consiliarius Lectori Salutem.

Quid Iustingensis Stoflers/quid Teutona virtus
Possit & ingenium: te docet iste liber
Te liber iste docet: in quo sit vertice celum
Astrorum curius te docet iste liber
Te liber iste docet fortune noscere causas
Quid tua fata velint: te docet iste liber
Te liber iste docet sua tempora querere votis
Furta puellarum: te docet iste liber
Te liber iste docet que sit distantia rebus
Altum & procerum: te docet iste liber
Te liber iste docet manibus quod sidera lector
Pingas & cursus: tu mihi crede. Vale.

M
A
D. Sub Virginis presidio V

1512. II

EPIGRĀMA PHALEVTICV PETRI GVNTHERI ZC INVITATIO

HEus heus huc chorus omnis huc adesto
Cosmetæ/ Astronomi/ Arethalogiq;
Chaldei/Metaposcopi/Coloni
Et Mathematici/Chirurgiciq;
Et Genethliaci/ Soliq; vasti
Mensores/Phisici/ Gubernatores
Plastes/Emperici/Cosmographiq;
Vates/ Philosophi/ caterua docta
Heus heus huc chorus omnis huc adesto
Quicquid stellifero rotatur axe
Quicquid conspicuus serenat aether
Quicquid ventus agit: leuis vel aer
Quicquid limitibus soli tenetur
Hoc Stofler tibi lucubrauit auctor
Ioannes alemannus & Sueuus
Hoc Cōbel Iacobus arte pressit
Angusto satis & breui libello
Heus heus huc chorus omnis huc adesto

Ad Ioannem Stofler Georius Simler.

ASTrorum preses studij lepidissime Stofler
Tu splendes patrie lausq; decusq; tuo
Sydera scrutaris humani conscia fati
Stellarumq; vias quecq; sit hora nocis
Celestis fabrice spaciosa volumina lustras
Comprehendisq; animo mœnia magna poli
Ampla chorusciferi cernis laquearia mundi
Que faueant reprobo que quoq; signa pio
Quale sit imperium: quod regibus imperat ipsis
Dirigat & zephyros veliuolumq; mare
Pingis & articulos orbis compendia motum
Nascendiq; gradus & numerando modos
Significas tacitis dominantia legibus astra
Quid geminet tumidas quid moderetur opes
Ergo igitur sapiens vires fulmenq; tonanti
Eripis ars certam prebet vt illa fidem

INDEX ALphabeticus huius operis In quo vbiubi pũctus ante foliorum numerũ apparet iuxta exarata / in priori latere /. vbi vero post in posteriori vt inueniãtur denotatur.

A

Index.

Index.

B

C

Index.

D

Index

E

Index

VI

Index.

F

Facies astrolabij

Index.

G

H

I

L

M

P

Q

Index.

Tabula regionum

Index.

V

Z

I M S

HIC FINIT INuentariū siue index/et sequitur Correctoriū huiꝰ opusculi.

Correctorium.

CORRECTIONES HVius opis notate he sũt.

¶ Folio primo, tertio, & alijs pro posthac lege postea ¶ Folio III versiculo XXVI Lege lineam, a, c, hoc est diametrũ &c.
¶ Fo. IIII ℣ siculo XVII lege expositum equinoctialis semicirculũ. ¶ Fo. VII versiculo XXIII, in occidente sequentia/ nõ sequẽte & versiculo XXVII lege scilicet arcui primo/ nõ supple. ¶ Fol. VIII ver. XXVI lege horizõte cõcurrẽtes. ¶ Fol. IX ver. XVII c lege in limbo cõsimiliter idem scilicet LXVI gradus et XL minuta &c. numerat. ¶ Fo. X in margine lege Astrolabia fabricare & ver. XXV respõdentes non respõdens & fo. X in calce lege Ripheos montes. ¶ Fo XI. ver. XII lege. Nolumus tñ: & eodẽ fo. & per totum opus lege Corus pro Vento sine aspiratione & eodẽ fo. in margine dele/ descriptõ ¶ Fo. XII ver. XVIII lege Eurum flãtem ab ortu. ¶ Fo. XIIII fere in calce lege huiꝰ modi/ separatim. ¶ Fo. XV in margine lege innitẽs tabulis & versiculo XVIII scribe eclyptice per c simplex. ¶ Fo. XVI in margine lege tabulis non tabulas. & ver. IX retis sine aspiratione & ver. XX lege dextrorsum eundo. Et eodẽ fo. cõmentarium. Loquitur de circulo & arcubꝰ occultis describendis & tñ figuratio habet Circulum & arcꝰ manifestos / Calcographia arte occultos haud admittẽte. Similiter offendes folio II. XVIII. XIX. XXI &c.
¶ Fo. XVII ver. X lege occultet non occultent/ & ver. XXX lege Tandem stellarum magnitudines (& sequenti) splendescentiores. ¶ Folio. XVIII in tabula lege Ceginus & ver. vltimo aptatur. ¶ Folio. XIX ver III. lege in Araneã/ & ver. XVII Latitudines/ & ver. XXXI extento non extente & in margine De collatiõe & ver. XXXVIII. ita legendũ est. Versus L pũctum occidẽtis & a terminis huius numeratiõis trahant due linee occulte in L pũctum occidentis que secabũt diametrum F. H. &c. & fo XIX. ver. XIIII lege Offertur mihi stella. ¶ Fo. XXII ℣. XXXVI lege/ locabuntur. ¶ Foli XXIII. in titulo Tabule lege M. D. primum non decimũ ¶ Fo XXIIII. ver. XVII lege & tertiꝰ numeris dierum. ¶ Fo XXV. in calce lege/ De fabrica scalarum / hec reiecto. ¶ Folꝰ XXVI ver. VI lege/ quartam igitur circũferentie. ¶ Fo XXVII. in descriptiõe horarum equalium & inequaliũ omisse sunt tres littere. ¶ Fo XXX. in metro Ouidiano lege ortaq; signa. & versi. XXXVII lege (sunt quidam plures) & versi. XLII lege ꝓpositione vltima. ¶ Folꝰ XXXI in margine/ circulus ventoꝝ & c directo/ lege quiuis pro vna dictiõe et ver. XXXV lege Aranei nõ aranee. ¶ Folio XXXII. versu VIII lege sub qua semper mouetur & in calce sequens numeris non numerꝰ & fo III. ver. IIII Due scale per duas dictiones/ & in margĩe lege Alhidada & versi. XIII metiendis/ & ver. XIIII lege ꝓpositione decima octaua prime partis & versu XXXIX in margine/ Caballus. in Epilago lege consecute. ¶ Folꝰ XXXIII. versi. VI. lege annũ nõ annum ¶ Fo XXXIIII ꝓpositione III. lege eo q̃ ꝑ ipsius aspectũ horas inequales percipue di[illegible]. ¶ Fo. XXXV ver. XXII lege qa per eius motum. & in margine lege minutũ nõ initiũ et fo XXXV. ver. VIII Scito nõ cito et verius eidem non eiusdem/ & XXIIII/ II minuta non minuto. ¶ Fo. XXXVI. versi. XX lege quidem/ & sequente/ videamur ¶ Fo. XXXVII ver. XII lege propositionum non ꝓpositionẽ/ et XXII sensim nõ sensum & fo XXXVII. ver. VI lege offertur mihi & ꝓpositione XI lege deinde circumacto reti gradũ solis ad almicantharath extremũ occidentale/ & in exemplo

lege/apto XXIIII gradū. ¶ Fo. XXXIX In ppositiōe XV lege oblate diei & in eadem propositiōe in calce fere lege minuta nō cura. ¶ Fo. XL ppo. XVII versiculo vltimo lege minuto LII. ¶ Fo. XL in margine ppositōis XIX dele exemplū. ¶ Fo. XLII ver. XXVII lege maior hora equinoctiali & ver. XLI Et q̄ pacto se hēt numerus & fo. XLII ver. VI lege graduū & dimidij/& ver. L discernes. ¶ Fol. XLIII ver. XXIIII lege hoc quidem/ & versicu. XXXII. illic in terris/& ver. XXXV rē quid'. ¶ F. XLIIII ℣. X lege exponere modo. ¶ Fo. XLV ver. VII accōmodabitur & ver. XV inferet. ¶ Fo. XLVI ver. XIII lege Sarapa et fo. XLVI in pede lege Milaria aut Italica aut Alemanica cōmunia. ¶ Fo. XLVII in linea graduū lege XXXVI. XXXVII nō XXVII. ¶ Foli. XLVIII ver. VII lege diameter/ & in margine Exemplū ex Ptolemeo li. VI. c. VIII Item Cocconati insule. ¶ Fol. XLIX in calce lege harz tabellarz cōtinuatio/ et f. XLIX in capite lege Cōplementū tabellarz conuersionū. ¶ Fo. L ver. XXI lege ne dicacitati poti? q̄ vtilitati studuisse &c. fo. L ℣ si VI gradus distantie capitis & penultimo cœlum mediat nō media. ¶ Fo. LI ppositi. XXXIX lege in quo quidem puncto & fo. LI ver. VI lege quodlibet. ¶ Fo. LII ℣. VIII lege & necesse est q̄ hmōi zenith &c. & eodem fo. ppo. XLI tabellarz regule affixarz ¶ Fo. LIII ℣. I lege nubila nutrit &c & in margine primo met. fab II. & primo met. fab VII. Item in margine Iapix nō Iupix. Et in metris Ouidij horrifer ĩuasit boreas. ¶ Fo. LIIII versi. VI lege ppositōp t. & ver. XIII presertim astronomis & versi. XXVII et h pacto de ortu & occasu ptiū & fo. LIIII in margine lege Declaratio tituloz tabularz ascensionum. ¶ Fol. LV in ppositione XLVI lege Si igitur vniūs signi dūtaxat ascensionem. ¶ Fo. LVI ver. IX lege/fm poli borealis supra horizontem eleuationē composita est. ¶ Fo. LIX ver. XXVIII. quē pono super &c ¶ Fo. XLI. ver XXIX lege et pricipio arietis. ¶ Fo. LXII ver. VII supputo cum almuri in gradibus limbi a nota notabili versus dextram &c. ¶ Fo. LXIIII ver. IX lege eq̄tiones solares cicius variantur q̄ sole trāseunte. ¶ Folio. LXXI ppo. LX lege a visu oculi tui in terrā ad planiciē cōputando &c. ¶ Fo. LXXIIII ver. III dele ℣ ante Si pro excessu/& fo. LXXIIII. lege Gratia exempli. ¶ Fo. LXXVIII. ver. XII lege ipsius Alhidade qua immobiliter stāte &c. ¶ Tandem vt res minimas attingamus. littere nōnūq̄ ex incuria mutate sūt c. enim reperitur scriptum p t. & contra m. p n. quando q̄ littera superfluit/quando q̄ deest. Item dictionū littere nōnunq̄ dipthongis carent/ sed quia sententiā nō variant consilio preterimus.

I·M·S

CORRECTORII FINIS

ASTRORVM

quicunq̄ vias inquirere gaudet
Hoc opus exiguo vendicet ere sibi

AD IOANNEM STOFFLER PHIL. MELANCHTHON PRETTANVS

Fœlix actiaque magister artis
Stofler nobilis: enitens probate
Orbes, que iuga perferant volucres
Astrorum tacito graues meatu
Signas, hoc regimurque viuimusque
Prognati imperio, lubente fama
Pennis numera gratiora librum
Phœbo dedaleis nouum reponis

AD IMPRESSOREM GEORIVS SIMLER

Quam Cõbel apparet formosus in ere character
Et Iustingensis per monumenta viri
Sic per te viuit Stofler tu nomen ab illo
Ducis & artifices monstrat vterque labor
Atque opere eternum duo nunc viuetis in vno
Ilia vel Codro terque, quaterque crepant

VNIVERSIS BONARVM ARTIVM STVDIOSIS IOANNES STOFLERINVS IVSTINGENSIS S. P. D.

CVm sint in Mathematicis Lectores optimi organa multa p pulchra & miratu dignissima: pluribus ac eximijs autoribus explicata demonstrataq; voluminib'. Longe oim pulcherrima de planispherio aut astrolabio traditio est. Quã his qui iã pede calcante terrenis impare vident: vultu vero erecto atq; sublimi celestibus fruunt delitijs destinandã esse censuimus: mee pfecto erga eos beneuolẽtie pignus imortale: qd' per gratũ & iucundũ fore minime ambigimus. Tũ quia mathematicas disciplinas studiosis Enchiridion est. Tũ ob cõmoditatũ vsuũq; ferme innũerorũ nobilissimã altissimãq; indaginẽ. Taceo q eius organi cõstructio & vsus ab insignib' philosophis Ptolemeo: Amonio: Proclo: Philoporo: Nicephoro: Hermanno cõtracto alemano Ioanne eligero: Hainrico bate eximijs laudibus cõprobantur. His patronis ducibusq; presentissimis: que ad fabricam queq; ad vsum tendant dicere exordiemur. Valete sydere fœlici lectores candidi. Tũbingi. Anno salutis Sesquimillesimo decimo.

TRactatum de Astrolabio ĩ duas partes distinguimus. In prima enim parte fabricã aut compositionẽ ipsius docebimus. In secunda multiplicem eius vsum explanabimus.

Prima pars de fabrica Astrolabij: omnes circulorum: arcuum: linearũ: graduũ & partium inscriptiones exactissime absoluit.

Propositio Prima partis prime.

MAteriam pro Astrolabij constructione preparare. ¶ Ex metallo puta cupro aut auricalco: vl' ex ligno duro: solido ac firmo fabricet tabula plana: que arte tornãdi rotunde'. Ita tñ q vna eius supficies cõcauet: hoc pacto q limbus: margo aut ps exterior sit aliq̃ntulũ eleuatior parte interiori. Que quidẽ supficies sic cõca-

De inscriptiõe Limbi aut Marginis.

Facies Astrolabij. Dorsũ Astrolabij. Limbus. Mater.

rata dicit facies astrolabij. Reliqua aũt superficies que omnino plana est dorsũ astrolabij appellat. Pars igit faciei extima (vt iã exposuim⁹) limbus aut margo. Interior aũt pars mater haud iniuria noiatur. Concauatur aũtẽ vna superficies astrolabij vt pluri marũ tabularũ diuersis regionibus & climatibus seruientium sit capax.

Propositio Secunda partis prime.

Limbum aut marginem in suas partes cõgruas distribuere. In facie tabule preparate quere centrum quod vocetur. e. Sup quo officio circini describe in limbo fm tabule capacitatem circulũ maiorẽ ita tamen q̃ extremitatẽ tabule non omnino tangat. ¶ Deinde circino constricto ex eodem centro. e. produc alium circulum minorem: tantũ distantem a primo q̃ inter ipos possit scribi numerus horarum diei naturalis. ¶ Iterũ restringe circinum & protrahe tertium circulum tantum solũmodo distantem a secundo q̃ inter ipsos possint cadere singulares graduum diuisiones. ¶ Rursus iterũ comprime circinum & depinge in eodem centro quartum circulum tantum distantem a tertio: vt inter ipsos possit scribi: numerus graduum equinoctialis distinctorũ p. 5. &. 5. Hi circuli quattuor sic rite descripti constituunt limbum aut marginem astrolabij vbiq̃ terrarum vniformiter se habentem. ¶ Preterea quadrabis limbum per centrũ e. duabus diametris signando puncta extremitatum his litteris. a. b. c. d. Locando. a. in superiori parte. b. versus dextram. c. in opposito. a. &. d. in opposito. b. Secat igitur linea. a. c. lineam. b. d. ad angulos rectos: & erunt he linee aut diametri communes limbo & matri. ¶ Deinde circulum secundum aut tertiũ limbi diuide in. 360. partes aut gradus. hoc modo: quamlibet quartam circuli: iam dicti partire primũ in tres partes equas. & iterum quãlibet partem in duas. & habes in toto circulo. 24. partes. Quibus & centro. e. applica regulã & pinge aut trahe lineas per omnes quattuor circulos & sunt he linee horarum diei naturalis. ¶ Post hac quamlibet. 24. partiũ diuide in. 3. partes: & his & centro. e. iunge regulam & duc lineas a secũdo circulo vsq̃ in tertium. ¶ Demũ quamlibet partem distribue in. 5. particulas equales. Quibus & centro apta regulam: & duc lineas minutas a secundo circulo in tertium. & ita partitus est circulus optatus in. 360. partes aut gradus. ¶ Numerum horarum diei scribe in inter capedine primi & secundi circuli inchoando in linea post. a. versus dextram: prime igitur linee ascribe. 1. Secunde. 2. Tertie. 3. & sic deinceps vsq̃ in. 12. que horam conticinij aut medie noctis indicant: & ponũtur circa litteram. c. Et post noctis medium iterum incipe scribere ad lineas. 1. 2. 3. &c. Continuãdo vsq̃ in. 12. que horam meridiei pandunt & littere. a. iunguntur. ¶ In spatio vero tertij & quarti circuli signabis iuxta. d. incipiendo siue in oriente scribendo versus. 2. vel meridiem in primo spatio. 5. in secundo. 10. in tertio. 15. & sic de alijs numeris: per quinarium ascendendo vsq̃ ad. 360. que circa. d. in oriente sedem sibi vendicabũt. Hactenus de compositione limbi. Cuius hanc sume figuram.

De diuisione Limbi.

De inscriptione numeri horarum.

6

A

·Centrū respondens·

A

·Centrū respondēs·

B

pro

C



pro
C

De Tribus Circul' formandis scz ♄. ♃. ♂.

Propositio Tertia partis prime.

TRES. CIRCVLOS Capricorni Equinoctialis & Cancri in matre astrolabij artificiose describere. ¶ Matris descriptionem: cõmuniũ astrolabiorum: que preter vnicam superficiem intra limbũ contentam: nullas recipiunt tabulas aut timpana vnius latitudinis aut eleuationis polaris astrolabia appellata in hac & quinq; sequentibus propositionibus ingeniose patefaciemus. ¶ Principio omniũ tres circulos Capricorni. Equinoctialis & Cancri inuenire debemus: sup centro igitur. e. & sub limbo ducito circulum Capricorni tantũ distantem a superficie interiori limbi vt in tali spatio quattuor plage mũdi inscribi possint scilicet sub. a. meridies. sub. b occidens: sub. c. septentrio & sub. d. oriens. Obsignabisq; iam ductum Capricorni circulũ quattuor litteris. f. g. h. i. in suis quartis aut diametris (diametri em prius in diuisione limbi facte partiunt ipsum in quattuor quartas) ponendo. f. sub. a. limbi. g. sub b. h. sub. c. & i sub. d. ¶ Deinde supputa ab a: a meridie versus orientem. In gradibus limbi: maximam solis declinationẽ: que hac nostra tempestate. 23. gradus & 30. minuta non excedit: & ad finem eius imprime notã. Cui & centro. e. applica regulam. & trahe lineam occultam & subtilem a circulo Capricorni vsq; ad centrum. e. Deinceps iunge vnam partẽ regule intersectioni circuli Capricorni & linee occulte: & aliam partem regule littere g: puncto occidentis: scilicet vbi circulus Capricorni & diameter. b. d. sese abscant. Et vbi regla diametrum. a. c. vel. f. h. quod idem est abscat ibi fac notam. Post hac pone vnum pedem circini imobilem in centrum. e. & alium vagantem extende in notam in diametro. a. c vel. f. h. iamiã factam & circino sic manente circina circulum [a] Equinoctialis vel Arietis & Libre. Quem his litteris. k. L. m. n. notabis ponendo. k. sub. f. L. sub. g. m. sub. h. & n. sub. i. ¶ Quo facto aptare regulam intersectioni equinoctialis & linee occulte & puncto. L. occidentis in equinoctiali: & iterum signa intersectionem diametri. a. c. & regule: & mitte vnũ pedem circini in. e. centrum & reliquũ pedẽ vagũ in signaturam diametri: & scribe circulum tropicum cancri. Tandem clarioris cognitiõis gratia ipsis circulis nomina adiunge. Puta circulo Capricorni ascribatur tropicus capricorni vel tropicus hiemalis aut Bruma lis. Equinoctialis. Equator vel circulus equi noctius. Cancro: tropicus cancri aut tropicus estiuus.

Quattuor plage mũdi inscribuntur.

[a] Equinoctialem primo describe occultũ quia diuisionibus afficiet.

Huius Propositionis sequens sumatur Schema.


Orizon rectus.
Gradus Cancri aut Tropicus Estiuus.
Gradus Arietis Libre seu Equinoctialis.
Gradus Capricorni a. Tropicus Hiematis.
Meridies.
Septentrio.
Oriens.
Occidens.

Propositio Quarta partis prime.

Circulos progressionũ aut almicantarath studiose laborare. Expediti de trib' circul' matris primarijs: nũc ad descriptionẽ circulorũ pgressionũ ꝗs arabes almicantarath noĩant fauste perabimus. ¶ Affigat igit tabula ĩ assere plano. Ita vt facile moueri nõ possit: & circa lram. a. ipsi' limbi annecte tabule lignũ planũ & rectũ lõgitudis duorũ fere pedũ: & eiusdẽ spissitudis cũ tabula astrolabij. Quib' sic dispositis applica regulã diametro. a. c. & plõga ipa vltra. a. ĩ ligno onexo ad lõgitudinẽ pene duorũ pedũ. ¶ Preterea p cõfectione pdictorũ circulorũ op' erit pnoscere eleuationẽ poli aqlonij aut arctici sup horizontẽ optate habitatõis: ad quã fabricã astrolabij instituisti. Hãc aũt & si ex ope geographiæ. Ptolemei claudij elicere potes: p tabulã tñ inferi' exponendã: ad sedẽ ppositæ habitatiõis aut vicinioris grad' polares: ꝗs more vulgato eleuationẽ poli arctici nũcupam' facillime patebũt. De q̃ & eius ĩuentiõe: officio tñ instrumẽti: & itẽ de latitudie oppidorũ alibi abunde tractare decreuim'. ¶ Descriptur' igit circlos pgressionũ p oppido & almo gimnasio Tũbingñsi (vt exẽplo certior reddaris) ex tabula noĩata elicias ei' eleuationẽ polare: q̃. 48. gradib' & 40. fere minutis absoluit. Hãc diligẽter nũera in gradib' limbi. a. d ỷsus. c. k̃ est ab oriẽte ỷsus septẽtrionẽ: & ĩ termio graduũ & minutorũ eleuatõis polaris fac signaturã ĩ limbo: ad quã & cẽtrũ. e. apta regulã & cũ pũctorio fac notã subtilẽ ĩ æqnoctiali: ĩ ea pte vbi ipa regla æqnoctialẽ tãgit & vocet. o. Cõsilr cõputa eandẽ eleuationẽ poli a. b. ỷsus. a. k̃ est ab occidẽte ỷsus meridiẽ iterũ signãdo æqnoctialẽ cũ signatura acuta (vbi ĩ pte opposita docuim') q̃ dicat. p. Et qa hæ signaturæ. o. & p. per mediũ circli distare debẽt: seqt: si ipis regulã adieceris hãc p cẽtrũ. e. trãsire necessũ sit. Si sec' corrige errorẽ. Quib' pactis siste vnã pte regle ĩ pũctũ. L. occidẽtis eqnoctiali: & aliã pte regle applica ad signaturã. o. in eqnoctiali: & vbi regula lineã. a. c. k̃ diametrũ a meridie in septẽtrionẽ trãseuntẽ intersecuerit illic imprime notã. q. q̃ cõiter cadit vltra centrũ. e. ỷsus septentrionẽ. Et regula manẽte in pũcto. L. occidẽtis pmoue ei' partẽ vagã in signaturã. p. & cõtactũ regule & diametri. a. c. plongate signa nota q̃ vocet. r. & hec plerũq̃ cadit extra limbũ. Post hæc q̃re centrũ inter has duas notas. q. & r. in diametro. a. c. sup quo describe arcum vel circulũ impfectũ manifestũ tñ: inchoando a tropico capricorni in occidente trãseundo p puncta. L. q. n. vsq̃ in tropicũ capricorni in oriente. Q; si rite operatus fueris videbis arcũ istũ per pũcta æquinoctialis. L. & n. iunguẽ vergere. Si aliter cõtigerit scito te errasse: q̃re denuo reitera op' & corrige errorẽ. ¶ Arcus iste iã descriptus horizon obliquus aut circulus hemisperij habitationis oblate recte appellatur. Qui primũ & extimũ almicantarath representabit.

Tabulam illã quere folio quinto.

Horizon obliquus.

Zenith regionis quid sit: & de eius inuẽtione.

Anteq̃ ad descriptionẽ aliorũ almicãtarath descẽdat: pambula q̃dã audire ꝗsiliũ est. ¶ Habet vna q̃q̃ regio: oppidũ aut habitatio punctũ ĩ celo verticale: quaq̃ersũ ab horizonte æqdistãs qd arabes zenith vocãt. ¶ Cui' iuẽtio: ĩ fabrica nri astrolabij fit in hũc modũ. Supputa in gradib' limbi ab. a. ỷsus. d. k̃ est a meridie ỷsus orientẽ eleuationẽ poli habitatõis ppolite: & fini supputatiõis adiũge notã. Cui & cẽtro. e. admoue regulã: & fac punctũ ĩ sectione ipsi' æqnoctial' & regle. huic pũcto æqnoctial' & pũcto. L. occidẽtis eiusdẽ adijce regulã: & vbi ipa secat diametrũ. a. c. ibi fac

signũ notabile qd' dr̃ zenith regiõis oppidi aut habitatõis. Cui' vtilitatẽ cũ de vsu astro
labij tractabim' abũde accipies. ¶ Preterea ĩ maxis & pfectis astrolabijs inscribũt. 90. almicãtarath. tot em̃ st circli a quis horizõte corpis spherici ĩ zenith. Et ĩ his astrolabijs vnũ qd'q; almicãtarath valet gradũ vnũ: & hec appellãt solipartia. ¶ Porro ĩ astrolabijs maiorib'. Quæ bipartia nũcupam'. 45. almicãtarath inserunt. In qb' vnũ almicãtarath duob' rñdet gradib'. ¶ In nõnull' astrolabijs vocatis mediocria & triptia. 30. ptrahũt almicãtarath vbi vnũ almicãtarath. 3. gradib' accõmodãt. ¶ Et tãdẽ ĩ astrolabijs minis: qnptijs. 18. tm̃ inserunt almicantarath. In qb' vni almicãtarath. 5. grad' fuiũt. ¶ Animaduerte igit: q; si astrolabijs maxis: solipartijs. 90. almicãtarath inscribere decreueris: semicircul' æqnoctial' a pũcto. p. sup̃ explorato: p meridiẽ transeũdo vsq; in pũctũ. o. sup̃ inuentũ ĩ. 180. ptes vulgata diuisione ptiẽd' ẽ: vtpote primo ĩ sex ptes. scd'o iterq; q̃libet ps ĩ sex. & tertio q̃libet ĩ. 5. & habes. 180. ptes. ¶ Si aũt (vt cõiter ꝓsueuim') in astrolabijs maiorib': bipartijs. 45. almicãtarath pingere ꝓposueris. lã dictũ æqnoxial' semicirculũ ĩ. 90. ptes seca: primit' ĩ. 3. ptes. scd'o quãlibet in. 6. & tertio iterq; quãlibet ĩ. 5. & colliges. 90. ¶ Q; si ĩ astrolabijs mediocrib'. tripartijs. 30. almicãtarath hr̃e volueris expositũ æqnoctialẽ semicirculũ ptes ĩ. 60. ptire. p̃mo in. 3. deinde quãlibet ĩ. 4. & rursus quãlibet in. 5. & habes. 60. ptes. ¶ Tãdẽ ꝓ astrolabijs minis: qnpartijs. si eorundẽ 18. almicãtarath formare desideraueris sæpius noiatũ semicirculũ diuide ĩ. 36. ptes. primo in. 3. postea quãlibet in. 4. & demũ quãlibet in. 3. & videb̃. 36. ptes. Hec pfecto st digna notatu. sed nec id silẽtio p̃tereũdũ est: has semi æqnoctiales diuisiões iã exposi/tas subtilr valde imprimẽdas vt facile deleri possint: ꝓpter alias ipsi' ptitiones fiendas. ¶ His p̃missis ad ꝓfectionẽ almicãtarath hec lege ꝓperab̃. ☞ Et gr̃a exẽpli accipe astrolabiũ mediocris quãtitatis: qa forsan mediocris te forma delectat. Qd' tripartiũ fore ad optas: hui' semi æqnoctialẽ vt sup̃ admonuim' ĩ. 60. ptes distribue: initiãdo a pũcto. p. poli arctici in æqnoctiali int̃ occidentẽ & meridiẽ repto: trãseũdo p meridiẽ vsq; in pũctũ. o. poli arctici: in æqnoctiali int̃ orientẽ & septẽtrionẽ imp̃ssũ. Post hac pone vnã ptẽ regl'e ad pũctũ. L. occidẽtis in eq̃tore & aliã ptẽ applica ad singl'as diuisiões in æqnoctiali factas. semp̃ notãdo int̃sectiões lineæ aut diametri. a. c. cũ regl'a. Inchoãdo negociũ in prima diuisiõe post pũctũ. p. eũdo p meridiẽ ꝗ sus orientẽ & vltra ꝗ sus septẽtrionẽ cũ regla ꝓtinuo retrocedẽdo p oĩa pũcta ĩ æqnoctiali signata: signãdo int̃sectionẽ lineæ aut diametri p̃dicte. a. c. vsq; in pũctũ. o. eleuatiõis polaris in æqnoctiali int̃ orientẽ & septẽtrionẽ notatũ. ¶ His int̃sectiõib' in diametro. a. c. signatis: q̃re centrũ int̃ duas distãtias intersectionẽ maxiarq; in diametro. a. c. post. q. & r. ꝓ vt sup̃ de primo almicãtarath p̃cepim'. Quo iuẽto inscribe circulũ impfectũ ꝓ scd'o almicãtarath vtrinq; tropicũ capricorni nõ excedẽtẽ. Deinde minorato circino iuestiga cẽtrq; duarq; maiorq; int̃sectionũ seq̃ntiũ ĩ diametro. a. c. post. q. & r. & circina aliũ circulũ ꝓfectũ ꝓ tertio almicãtarath. & h̃ pacto ꝓtinua opationẽ ꝓ alijs almicãtarath iscribẽdis. Figurab̃ aũt circlos ꝓfectos: donec aliqs circlorq; almicãtarath sub tropico capricorni ceciderit tũc & ꝓseq̃nter vsq; ĩ finẽ inscriptiõis oim almicãtarath: circlos pfectos ꝓficies. Vltimi ꝗo almicãtarath centrq; ẽ zenith regiõis aut oppidi ad qd' almicãtarath instituisti. ¶ Demũ nũeros ipis ascribe incipiẽdo int̃ meridiẽ & orientẽ: scribẽdo ĩ p̃mo spatio. 3. ĩ scd'o 6. in tertio. 9. & sic deinceps vsq; ĩ. 90. q̃ in zenith capitis sedẽ habebũt: & h̃ intellige si astrolabiũ fuerit tripartiũ cui' almicãtarath ꝓ. 3. distãt grad' qa in alijs fm exigentiam diuisionis numeri sunt aptandi. Huius propositionis sequens sumatur figura.

Quadruplicia Astrolabia.
Solipartia
Bipartia
Tripartia.
Quinpartia

Descriptio siue cõfectio almicãtarath incipit.

Prima pars


Meridies
Elevatio poli. 45. g. et. 40. min.
Elevatio poli. 45. g. et. 40. min.
Zenith
Tropicus Cancri.
Equinoctialis.
Tropicus Capricorni.
Septentrio.

TABVLA REGIONVM PROVINCIARVM ET OPPIDORVM INSIGNIORVM EVROPE

Nomina	G	AB		Nomina	G	AB	
Hybernia Insula	59			Pransuiga.	53		
Scotia.	59			Madeburgum.	54		
Dyonium.	53			Erfordia.	51		
Compostellum.	45			Ypes.	51		
Lysibonum.	41			Ingoldstadium.	48		
Toletum.	41			Niiremberga.	49	27	
Corduba.	38			Ratisbona.	48		
Cesar augusta.	41			Vlma.	48	24	
Rothomagus.	50			Praga.	50		
Parisius.	48			Vratislauia.	51		
Lugdunum.	45			Cracouia.	51		
Burdigala.	45			Cascouia.	50		
Auinio.	44			Buda.	47		
Tolosa.	43			Segnia.	45		
Vienna puincie.	44			Vienna Pãnonie.	48		
Massilia.	43			Parauia.	48		
Brugis.	53			Saltzeburgũ.	47		
Gandauum.	53			Judeburgũ.	47		
Traiectum.	53			Villacum.	46		
Colonia agrippia	52			Brixina.	45		
Machilinia.	53			Venetie.	45		
Maguncia.	50			Ferraria.	44		
Herbipolis.	50			Ancona.	44		
Argentina.	49			Roma.	42		
Basilea.	48			Tarentum.	40		
Constantia.	47	35		Brundusium.	39		
Tiibiugũ.	48	40		Neapolis.	41		
Augusta vindel.	47			Florentia.	43		
Dacia.	58			Mediolanum.	44		
Sueria.	63			Taurinum.	43		
Lubecum.	56			Genua.	43		
Dantiscum.	56			Sardinia.	38		
				Sicilia.	[illegible]		

Prima pars. De inscripõe Dim Azimuth
Propositio Quinta partis prime.

Circuli Azimuth. Verticales.

Altitudinum Rectitudinũ

CIRCVLOS VERTICALES quos arabes azimuth appellãt via geometrica lucu rare. ¶ Azimuth sunt circuli imperfecti aut arcus circulorum quos latini circulos verticales vocãt: eo ꝙ omnes per verticẽ idest per zenith capitis trãseunt. Et quia hi circuli per zenith capitis quod in sphera omnium punctorum est altissimum tendunt: plures eosdẽ circulos altitudinum nominant. Dicuntur etiam hi circuli rectitudinũ quia per ipsos scimus in directo cuius partis mundi sydus aut stella oriatur atꝙ occidat. Hi etiam circuli quamlibet quartam in. 90. secant gradus: puta quartam inter orientem & meridiem in. 90. & similiter quartam inter occidentem & meridiem in. 90. Idem iudicium de quarta ab oriente in septentrionem & ab occidente in septentrionem. Quare liquet: si omnes circuli azimuth astrolabio inscriberentur essent numero. 180. & horizontem si totus astrolabio insertus esset in. 360. gradus diuiderent: & eundem secarent ad angulos rectos spherales: pro vt facile in sphera solida manifestari potest: non autem in planispherio. ¶ Horum autem azimuth inscriptio fit in hunc fere modum. ¶ Affigatur tabula astrolabij super asserem valde longum cum pice: cera aut clauis: taliter: ꝙ littera. d. limbi situetur ꝑm longitudinẽ asseris sinistrorsum: & b. ꝑm longitudinem eiusdẽ asseris dextrorsum. Et circa lram. c. idest in parte septentrionali astrolabij adaptetur tabula vna eiusdem spissitudinis cum astrolabio competentis quantitatis: vt in ea circulus pro diuisione azimuth possit produci. ¶ Quibus dispositis prolonga diametrum. a. c. a parte septentrionis vltra limbum in tabula annexa. Deinde numera eleuationẽ poli in limbo a. c. versus. d. idest a septẽtrione in orientem. & in fine numeri fac notam in limbo. Cui & centro. c. apta regulam & ad contactũ ipsius cũ æquinoctiali pinge notam que vocetur. s. Præterea puncto. n. æquinoctialis in oriente & note. s. iam signatæ ligge regulam. & tactum regulę diametriꝙ prolongate signabis nota. t. Erit igitur linea inter. t. & zenith capitis diametri circuli inscribendi. In ea igitur quere centrum. v. vocatum. Cui immitte vnum pedem circini & alium in zenith aut in. t. distende: & duc circunferentiam occultam quæ necessario transibit per puncta. n. & L. æquinoctialis: & vbi hoc fallit est error operis merito corrigendus: taliter. vt circinus extendatur aut comprimatur donec præcise puncta prædicta. n. & L. & zenith capitis tangat. Et hec circunferentia a puncto. n. per zenith in. L. erit manifesta & bene apparens & primum representabit azimuth. Sed a puncto. L. per. t. in. n. erit aliqualiter occulta vt descriptis azimuth facile possit deleri. Post hac medietatem huius circunferentie a zenith versus dextram in. t. diuide p medium in puncto. x. Itidem fac de medietate leua in puncto. y. Et protrahe diametrum occultam per. x. & y. quæ (si rite operatus es) per. v. centrum huius circunferentie transibit. Quam prolonga ex vtraꝙ parte vltra tabulã astrolabij: in regulis longis spissitudinem astrolabij habentibus asseri affixis quanto longius poteris. In qua

180. azimuth

Inscriptio circulorũ Azimuth.

centrum omnium aliorũ azimuth inuenies. Si igitur cupis habere azimuth ad. 360. gradus diuide semicircunferentiam a zenith dextrorsum per. x. in. t. transeundo in 90. partes: aut eandem circunferentiã in. 45. partes distribue si azimuth ad duos gradus instituere decreueris vt in maximis astrolabijs obseruandum esset. ¶ Vel in. 30. si ad. 3. gradus Azimuth secernere petieris. Vel in. 18. si ad. 5. vt in maiorib⁹ opportunum esset. ¶ Vel in. 15. ad. 6. vt in mediocribus. ¶ Vel in. 9. ad. 10. gradus vt in minimis astrolabijs fieri consueuimus. Ita tamen vt vnaquecꝫ Quarta vt supra memi nimus habeat in se numerum. 90. graduum cõpletorum. ¶ Et ad præsens pro exemplo sufficiet: q̃ spatium inter duo Azimuth valeat. 10. gradus. Diuide igitur prædictam semicircunferentiam in. 9. partes æquales quo facto pone regulam ex vna parte super zenith & ex alia parte super primam diuisionem aut punctum diuisionis imediate sequentem zenith: & vbi regula intersecat diametrum occultam prius factã scilicet. x. y. v. ibi fac punctum. A. qui erit centrum secundi Azimuth quod est longissime distantiæ a predicto Circulo. ¶ Deinde iterum applica regulam ad Zenith & super secũdam diuisionem a zenith: & iterum vbi regula absecat diametrum occultam ibi fac punctum. B. qui erit centrum tertij Azimuth. Et sic consequenter procede per omnes diuisiones semicirculi faciendo puncta in diametro occulta. & adiungendo litteras. C. D. E. F. G. H. Vt autem puncta diametri occulte versus sinistram habeas id traducendo facile absolues: hoc pacto. Mitte pedem vnum circini in centꝫ circuli. v. & pedem vagum extende in proximum punctum diametri occulte versus dextram. Et circino sic manente & pede fixo in. v. stante fac pũctum in diametro versus sinistram. Itidem age de omnibus alijs punctis diametri versus dextram hoc modo: traducendo ipsa in partem diametri sinistram. ¶ Præterea siste vnum pedem circini in punctum. A. diametri remotissimum & alium extende in punctũ zenith capitis: & duc arcum ab vna parte horizontis. per zenith vsqꝫ in aliam partem ei oppositam (uullnm enim Azimuth debet excedere primum Almicantarath. idest horizontem) qui erit ꝑm Azimuth. Et circino non variato transfer ipsum in punctum ei æquiualentem aut correlatiuum in latere sinistro: & fac etiam Azimuth ex illo latere. Rursus pone pedẽ circini in punctum. B. proximum remotissimo & alium in zenith capitis & iterũ produc Azimuth quod est tertium: & etiam ex latere alio vt prius. Et sic cõtinua donec omnia Azimuth compleueris. Quibus rite completis ascribe numeros initium sumendo post punctum. n. æquinoctialis progrediendo versus meridiẽ circa primum Azimuth scribendo. 10. circa secundum. 20. circa tertium. 30. cõtinuando vsqꝫ in. 90. que circa. a. aut meridiem sedem tenebunt. Idem fac ab. n. in septentrionem. Item a. b. in meridiem & a. b in septentrionẽ procedendo. Hactenus de confectione & inscriptione circulorum Azimuth.

Exemplũ Cõficiendorum Azimuth

Cautela

ECCE SEQVENS SCHEMA.


Meridies.
Zenith.
Orientis.
Occidens.
Tropicus Cancri.
Equinoctialis.
Tropicus Capricorni.
Septentrio.


C
B
A

Propositio Sexta partis prime.

ARcus horarum inequalium artificialiter plano sphero inscribere. Per propositionem secundã huius didicimus confectionẽ horarũ equinoctialiũ quas vulgo equales nominam⁹. Iam nũc ad descriptionem arcuũ horariorũ: temporalibus horis quas hodie inequales nuncupamus: cõmodor̃ accedamus: hoc pacto ¶ Portiones duor̃ tropicorũ Cancri & Capricorni sub horizonte in parte aquilonia cadẽtes in duodenas partes equas dispartire. Similiter semicirculũ equatoris sub horizonte contentũ in totidẽ partes distribue: punctis (vt asso let) adiectis. Quo facto arcode primitus ad tria puncta horizonti occidentali viciniora quor̃ primũ est in tropico Capricorni. secundũ in equinoctiali. tertiũ in tropico Cancri & eorundẽ officio circini centrũ inuestiga. & describe arcũ hec tria puncta tangentẽ. Incipiendo a puncto Capricorni: eundo per punctum equinoctialis: terminando in puncto tropici Cancri: & hic arcus erit finis hore prime inequalis & principium secunde. Et circino non variato quere centrum trium punctorum proximorum in alio latere horizontis orientalis & duc arcum qui erit finis hore. 11ᵉ. inequalis & initium hore. 12ᵉ. Vnde constat operationem hanc faciliorẽ & breuiorem reddi ex eo ꝙ cognito centro vnius arcus horarij in vna medietate habebitur in eadem distantia centrũ alterius arcus horarij in alia medietate. ¶ Porro inquire centrum ad alia tria puncta ĩmediate post arcum hore prime in occidente sequente: & produc arcum seruientem exitui hore secũde inequalis & exordio tertie. Et in alia parte puta orientali circino sic stante pinge arcum pro fine hore. 10. Et ita operationẽ cõtinuabis donec omnes arcus horarios compleueris. Tandẽ ascribe numerũ horarum. supple arcui primo vt iã admonuim⁹. 1. Secdo dextrã versus. 2. Tertio. 3. & parti septentrionali. diametri a. c. circa. c. 6. post arcui sequenti. 7. stabũtq; 12. in parte horizontis orientali. ¶ Gratia aũt lucidioris intelligentie animaduertendũ. Si artificiose & breuiter trium punctor̃ propositor̃: non in linea recta positor̃: centrum inuenire cupieris Siste pedẽ circini in vno hor̃ trium punctor̃ & alio aliqualiter extenso duc partem circunferentie occulte. Deinde pone eundem pedem circini sub eadẽ extensione in secundo puncto & iterum duc partem circũferentie occulte intersecantẽ priorem in duobus punctis: & trahe lineam rectam occultam per ambas intersectiones in continuũ & directum versus hanc partem vbi estimas fore centrum trium punctorum. Eodem modo fac duas intersectiones per circinum in tertio puncto nõdum tacto & alio sibi proximo siue hoc possit fieri sub eadem extensione sicut prius siue sub alia maiore siue minore. Quia circinus semper hoc pacto debet extendi ꝙ possit causare duas intersectiones siue inter duo puncta siue in distantia ab eis qualiter cunq; hoc fiat. Habitis igitur talibus intersectionibus per secundũ & tertiũ punctũ repertis duc per easdem lineam rectam subtilem in continuũ & directum quousq; secet primã lineã rectam. Et vbi hie linee sese intersecant illic est centrum triũ punctor̃ propositorum. Huius propositionis hanc sequentem cape figurationem.

Descriptõ horarũ temporalium siue inequalium.

De Artificiosa inuentione centri triũ pũctor̃ propositorum &c̃.

Ecce schema.




Meridies.
Horizon obliquus.
Horizon obliquus.
Omnis.
Omnis.
Tropic Cancri.
Equinoctialis.
Tropicus. 9. h. Capricorni.
Septentrio.
Centr.
Centr.
Centr.
Centr.
Centr.
Centr.
Centr.
Centr.

Propositio Septima partis prime.

ARcus duodecim domorũ celi rationabiliter cõstruere. ¶ Hactenus inscriptionibus circulorꝫ Almicantarath Azimuth & horarũ inequaliũ ipsius matris operam dedimus. In presentiarꝫ aũt astrologicis iudicibus morẽ gerere cupientes fabricã arcuũ duodecim celestiũ domiciliorꝫ docebimus. Cũ autẽ in planicie matris pene nil vacui remãsit: ne p cõfusam arcuũ & circulorꝫ positionẽ deturpẽ qd prius decẽter est figuratũ: quicꝫ de cetero describẽ leniter imprimat: deinde punctẽ subtiliter sicut punctãt Saraceni horas suas in instrumẽtis horarijs. Faciunt autem sic vt linee horarꝫ punctis dũtaxat notate inter alios arcus appareant absq; vlla confusione deformi. Vel si manifestos arcus domorꝫ inscribere decreueris alio colore puta saphirio aut celestino eosdẽ pinge vt ab alijs facile & distincte cognosci possint. ¶ Plurifarios autẽ fabricandarꝫ celestiũ domorũ accepimus modos: quos omnes preter hunc quẽ rationalem nominari cõsueuimus missos facimus eorundẽ enim imbecillitatẽ & fragilitatẽ ostendere sine longa digressione nequimus. Et ne disputare potius videamur cũ astrolabij compositionẽ aut fabricam explanare quod profecto principaliter intendimus silentio transimus. ¶ Recte igitur philosophantes ppter variam celi ad faciem terre habitudinem domorꝫ proprietates distinxerũt. Et easdẽ ab horizonte truncari tanq; rem necessariã concluserunt: asserentes sex domus totas supra horizontem & sex sub eo constitui. ¶ Modus aũt quẽ Ioannes de regio monte Germanus rationalem appellat: eo q; pluribus validis & propeineuicendis munimentis & rationibus sit fulcitus. Diuidit in spherico corpore quattuor quadrãtes equatoris meridiano & horizonti obliquo interceptos in trinas equales portiones: & per puncta sectionũ ducit quattuor circulos magnos meridiano & horizonti concurrentes in duobus eorꝫ sectionibus: tales igitur sex circuli coassumptis meridiano & horizonte totũ celum in. 12. spatia partiuntur que domus nuncupantur. ¶ Hunc modum in planispherio hoc pacto vtiliter & exacte describemus. Equinoctialẽ circulũ a puncto. n. orientis inchoando in. 12. equales partes distribue punctis (vt fit) assignatis. Item intersectionẽ horizontis obliqui & linee. a. c. quã meridianam lineam iuste appellamus tanq; cõmune punctum omniũ arcuum inscribẽdorum diligenter animaduerte. Post hac inquire centrũ trium pũctorũ. Quorum primũ est in equinoctiali proximũ post. n. versus. m. tendendo. Secundũ est cõmune punctum scilicet ipsius horizontis & linee meridiei: versus partem septentrionalem. Tertiũ est pximũ post. L. in equinoctiali versus. K. trãseũdo: p hec cẽtro inuẽto circina arcũ ab vna parte tropici capricorni ad aliã: & huius arcus pars oriẽtalis fini prime domus & principio secde adaptabit pars vero eiusdẽ arcus occidẽtis termino septime & initio octaue dom' seruiet. Et circino iuariato iuestiga centrũ aliorꝫ triũ punctorꝫ. Quorꝫ vnũ est in equinoctiali ab. n. versus. k. gradiẽdo secdm cõmune & tertiũ imediate sub. L. versus. m. in equatore & iterũ duc arcũ vt iã supꝫ monuim': haud aliter de reliqs pũctis agendũ est. ¶ Postremo arcubus domorꝫ descriptis nũeros adijce: hoc mõ. Arcui horizõtis oriẽtali q initio prime dom' dedicatus est ascribe. 1. Arcui secdo sub horizõte oriẽtali. 2. Tertio. 3. & in pte septẽtriõis in linea. a. c. circa. c. 4. & iterũ i seqnti arcu. 5. & sic deinceps vsq; i. 12. ¶ Hunc ppositõi hec accõmodabit figuratio.

De Fabrica duodeci celestium domiciliorꝫ.

Modus rationalis Ioannis de monte regio Germani

Prima pars. Figura XII. domorũ celi.



Propositio Octaua partis prime.

LINEA CREPVSCVLINAM astrolabio inscribere. ¶ Tametsi superuacaneum fere censeo crepusculum vespertinũ & matutinũ per inscriptionem proprie linee designare. Cum per. 18. almicantarath cuiusuis astrolabij id facile doceri possit: eiusdẽ tamen linee positio pro matris complemẽto duplici via breuiter absoluitur. ¶ Quarum prima procreat lineam arcualem sub horizonte obliquo: eidem per. 18. gradus equidistantem: hoc modo. Eleuationi polari. 18. gradus addit. & id quod facta additione prouenit (vt in nostra compositione. 66. gradus. & 40. minuta) supputat in limbo a puncto. d. orientis versus. c. punctum septentriõis & fini adijcit notam. Cui & centro. e. iungit regulam & facit punctum in equinoctialí vocatum. z. Applicataq; regula ad punctum. L. equinoctialis. & ad punctum. z. lineã. a. c. ad regule contactũ signat pũcto. &. Rursus a puncto. a. meridiei versus. b. in limbo consimiliter. scilicet. 66. gradus. &. 40. minuta idem numerat: & eius termino ac centro. e. iuncta regula notat equinoctialem ad tactum eius puncto. con. & iterum adijcit regulam puncto. L. & puncto. con. & signat diametrum prolongatã versus meridiem puncto. f. & inter puncta. &. et. f. experitur centrum in linea. a. c. & trahit lineam arcualem ab vna parte Capricorni in aliam quam crepusculinam nominat. ¶ Secunda via inscriptionem eiusdem linee per rete aut voluellum (de quo & eius fabrica in sequentibus dicemus) indicat: taliter caput Cancri decimooctauo almicantarath occidentali applicat. & locum capitis Capricorni signi oppositi in parte orientali nota afficit subtili. Item principium Arietis eiusdem decimooctauo almicantarath iungit: & initium Libre in oriente notat. Itidem facit de capite Piscium: notando signum Virginis in oriente constitutum. Harum trium notarum centrum adiumento circini inuestigat. & ducit semicrepusculinam lineam orientalem a circulo Capricorni vsq; in lineam. a. c. Haud secus ac iam exposuimus agit hec via ad. 18. almicantarath orientale: pingẽdo notas ad signorum oppositorum initia in parte occidentali & reperto centro earundem notarum producit semicrepusculinam occidentalem. Et tandẽ iunctis duabus semilineis tota crepusculina emerget. Cui si libuerit titulum talem Linea crepusculina adijcere potes.

Secũs modus inscribendi lineam crepusculinam.

PRIMA VIA SEQVENS PROPONIT SCHEMA.


Centrū linee crepuſculine
a
Meridies.
f
Horizon
Horizon
Orientis.
Occidens.
rectus.
obliquus.
Linea Aurore ſiue crepuſculina
Tropicus Cancri
Equinoctial
Tropicus Capricorni
Septentrio
e
u
l
d
b
c

Propositio Nona partis prime.

Astrolabij fabricam quandam generalem patefacere. ¶ Sex ppositionibus antecedentibus exposuimus quo pacto matris descriptio omniũ astrolabiorũ (que intra cõcauitatẽ limbi nullas recipiunt tabulas aut timpana. Dicta astrolabia vnius tm eleuatiõis polaris) absolui debeat. Restat nũc vt generalẽ quandã afferamus doctrinã vtilẽ ad modũ astrolabijs cõtinentibus intra matrẽ plures tabulas; diuersis Climatib'. Regiõibus aut Polarib' eleuatiõibus aptãdas. ¶ In primis ex auricalco aut cupro aut alia materia durabili p̃parent tabule valde plane; polite & eiusdẽ spissitudinis fm quantitatẽ cõcauitatis ipsius matris; taliter; in centrũ cuiusuis tabule siste pedẽ circini fixũ & cũ alio distenso partes exteriores tabule abscinde; p̃ter portiunculã modicã cũ veteres denticulũ dixerũt. Ita tñ q̃ resectis aut abscissis ptibus exterioribus aut circũferẽtialibus; tabula examussim intret matrẽ & ab ea capiat; & portiuncula aut denticulus rite subintret foramen in limbo infra litterã. a. fabrefactũ. Et cõmodum est; matris concauitatẽ in parte inferiori in modico largiorẽ esse cũ in superiori. vt tabule que sunt vnius quantitatis ibidẽ facile includantur & extrahantur; preter cũ in superiori parte cõcauitatis limbi vbi tabula ita debet iungi limbo q̃ intrando & exeundo vndicũ illi adhereat; necũ vagetur huc vel illuc. ¶ Dispositis & aptatis tabulis. In singulis earundem superficiebus duc diametros duas sese ad angulos rectos secantes; & diametris limbi in vnguem respondentes. Et hoc fit facile imponendo omnes tabulas in concauitatẽ matris positacũ regula ad puncta limbi. a. c. ducatur linea recta in superficie tabule supreme per centrũ eiusdem. Et iterum iungatur regula litteris limbi. b. d. trahatur alia linea recta. he erũt diametri huius superficiei stantes ad angulos rectos; respondens diametris limbi. Itidem fac de reliquis tabularum superficiebus. Quã enim superficiem diametris distinguere cupieris hanc fac supremam. ¶ Deinceps per propositionem tertiam vni superficiei tabule que suprema cõstituitur; inscribe tres circulos scilicet Capricorni. Equinoctialis & Cancri. quos (quia in omi regiõe aut climate sũt similes aut equalis quantitatis) officio circini traduc ad omnes superficies aliarum tabularum. assignatis litteris. f. g. h. i. &c. fm doctrinã prefate propositionis tertie. Item centro cuiusuis tabule. e. littera apponatur. ¶ Preterea cuilibet superficiei vniuscuiusq̃ tabule elige vnã eleuationem polarem; quam etiam in loco competenti insculpes. puta ad principiũ; medium aut finem climatis electi. fm quã cõpones almicãtarath; Azimuth. Lineas horarias inequales; Duodecim domus celi & Lineã crepusculinã. per omnia vt in ppositionibus. quarta. quinta. sexta. septima. & octaua docuimus. Et ne quid fabrice nostre desit consulto adiecimus hic in dorso huius folij tabulam climatum.

Generalis doctria Ad omnes Regiones Astrolabia fabricandas



Ptolemeus Libro Compositõis maioris Quadripartiti & geographie. Iulius Firmic' Siculus. Albumasar. Alphraganus. Hali aben ragel. Hermãnus contractus & cõmunis prope modum turba philosophorum septem tantum enumerant climata. Quorum distinctio quantum ad gradus polares. Hec est que sequitur

TABVLA SEPTEM CLIMATVM SECVNDVM IOHANNE DE SACRO BVSTO.

Elevatio Poli.

		G	M
¶ Primi Climatis per Meroem	Principium	12	45
	Medium	16	40
	Finis	20	30
¶ Secundi Climatis per Sienem	Principium	20	30
	Medium	24	15
	Finis	27	30
¶ Tertij Climatis per Alexandriam	Principium	27	30
	Medium	30	45
	Finis	33	40
¶ Quarti Climatis per Rhodum	Principium	33	40
	Medium	36	54
	Finis	39	0
¶ Quinti Climatis per Romam	Principium	39	0
	Medium	41	20
	Finis	43	30
¶ Sexti Climatis per Boristhenem	Principium	43	30
	Medium	45	24
	Finis	47	15
¶ Septimi Climatis per Ripheos	Principium	47	15
	Medium	48	40
	Finis	50	30
¶ Octaui Climatis	Principium	50	30
	Medium	54	0
	Finis	56	0

Martianus de bonis Artibus Libro Septimo versus finem: adiungit octauum Clima: quod secdm ipsum vltra paludes Meotides & Ripheas montes protenditur. Cuius determinatio fere hec est.


Portuncula
vel Sentinal
Meridies
f
k
Horison
Obliquus
Oriens
i
n
c
l
Horison
rectus
Occidens
Tropicus Cancri
Equinoctialis
m
Ad medi ū septimi climatis
Eleuatio poli 48 g. 40. iiii
Tropicus Capricorni
Septentrio

Propositio Decima partis prime.

DVODECIM VĒTOS vtiliter dinoscere & eosdem Astrolabio inscribere. Neminem latere arbitramur ventos in diuersis mundi plagis & tractibus surgere: & ob eorũ discordiam ipsum laniare variascq; gerere conditiones: precipue mutare aerem quantum ad imbres: nebulas: tempestates: humiditates: siccitates: caliditates: frigiditates: & alias ipsius impssiões. Quare non ab re eorundem numerũ: nomina & a qua celi plaga spirent nostre constructioni adiungere decreuimus. Nolimus tamẽ in presentiarum quorundã diuersas opinationes recitare: discrepantium non solum in nominibus verum etiam positione & numero. Forsan harum rerum causa: fuit tanta discordia fratrũ. Sed nos amore natalis solallecti. Noia: locatiões & ventorꝫ duo denariũ numerꝫ: p assertiõe. Alberti magni presulis imbripolensis: splendoris sueuorꝫ vna affirmabim⁹. ¶ Cõtuendũ igit orbis terre q̃ttuor esse plagas. Cardines: angulos aut regiones. Quod nõ tm̃ a philosophis & poetis verumetiã ex diuinis didicimus eloquijs. Inquit em̃ Lucanus primo phar.

☞ Albertus magn⁹ Splẽdor Schueuorum.

Heu quantum terre potuit pelagicq; parari.
Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextre.
Vnde venit titan: & nox que sydera condit.
Quacq; dies medius flagrantibus estuat horis.
Et qua bruma uigens ac nescia vere remitti.
Astringit scythicum glaciali frigore pontum.

Et dauidico Psalmo. 106. legimus. De regionibus congregauit eos. A solis ortu & occasu ab aquilone & mari. Et saluatoris voce dicitur. Emittet angelos suos cũ tuba & voce magna & congregabunt electos eius a quattuor ª angulis terre. Sunt igitur vt ad propositum nostrum redeam quattuor ventorum plage aut cardines scilicet orientalis. Meridianus. Occiduus: & septentrionalis. Orietalis enim plaga ab exortu solis dicitur. Soli autem propter signiferi obliquitatem triplex assignatur ortus. Equinoctius cum Sol Arietem aut Libram ingreditur. Estiuus cum Cancri sydus aut eius circulum quem estiuum tropicum dicimus: adit & hibernus aut brumalis quando cũ Capricorno congreditur & eius circulum quem tropicum Capricorni appellamus accedit. Ventus itacq; ab equinoctiali spirans ortu: & a cardine potiore Romana lingua Subsolanus nominatur: ab estiuo ortu. Vulturnus. Hiberno. Eurus. ¶ Haud dissimiliter triplex est occasus solis. Equinoctialis principalis: estiuus & hibernus. Ab occiduo equinoctiali euentat cardinalis ventus. Fauonius aut Zephyrus. Ab hiberno Aphricus aut Libs Estiuo chorus. ¶ Preterea septentrionali plage tres etiam assignantur partes. Vna principalis & potissime cardinalis a polo mundi stabili determinata. Duas alias vendicat sibi partes a polo zodiaci septentrionali mobili: describente circulum paruum: polo mundi ꝗm maximam zodiaci declinationem ab equinoctiali equidistantem quem vsitato arcticum circulum appellamus. Harum partium

Psalmo. 106.
Math. 24.
Mar. 13.
ª al. vẽtis celi
Quattuor vẽtorꝫ Cardines descriptio.
Triplex ort⁹ Solis.
Equinoctius
Estiu⁹ Hibern⁹
Subsolanus
Vulturnus
Eurus
Occasus Solis triplex.
Fauoni⁹ zephirus Aphricus
Libs Chorus

☞ Imaginare hois figurã in polo arctico facie in meridie dirigẽtis: & facile capies que pars dicatur dextra & que sinistra. Idem de polo antarctico.

dextra occidentem. Sinistra orientem respicit. A polo itaq; mūdi arctico. Septentrio efflat: a circulo arctico leuorsum Boreas aut aquilo: ab eodem dextrorsum. Circius. Non aliter plagam merdianam tripartimur. Et a polo mundi antartico & maxime cardinali eiusdē plage Austrum aut Notū euētare perhibemus: a parte dextra circuli antarctici Euro austrū aut Euro notum: a sinistra Austro aphricū aut Libonotū. ¶ His cognitis duodecim venti planispherio hac lege inserunt. Pedem circini vnum mitte in centrum. e. & alium extende vltra supremum circulum limbi ad certam distantiam pro libito: & duc circulum qui per diametros limbi in quattuor partes secatur. Quattuor mundi cardines principales ostendentes scilicet Orientem & Occidentē equinoctiales: & vtroscq; mundi polos. Linee igitur. d. b. horizonti recto dicate. circa. d. idest orientem & spatio inter duos supremos circulos incluso inscribe. Subsolanum circa. b. idest occidentem Fauonium aut zephyrum. Item linee. a. c. representanti circulum transeuntem per vtroscq; polos mundi. circa. a. idest meridiem iunge Austrum aut notum. Circa. c. Septentrionem. Et sic imposuisti quattuor ventos maxime cardinales. Collaterales autem his taliter aptabis a littera. d. orientis. numera in limbo maximam Solis declinationem (que fere est. 24. graduum) versus. a. idest meridiē. & in termino numeri fac notā. Cui ascribe Eurū. idest Flantē ab ortu solis hiberno. Item a littera. d. versus. c. idest septentrionem eandem numera declinationem & eius fini adde Vulturnum qui ab ortu estiuo efflat. Rursum a littera. b. occidentis versus. a. idest meridiem consimiliter supputa dictam declinationem. & vbi finitur facto signo scribe Aphricum aut Libs euentantem ab occiduo brumali. & iterum facta cōputatione a. b. versus. c. idest septentrionem scribe Chorum efflantē ab occiduo estiuo. & huiusmodi numeratione facta ab. a. versus. d. scribatur Euro auster aut Euro notus & ab. a. versus. b. austro aphricus aut libo notus. Item a. c. versus. b. inscribatur. Circius & tandem a. c. versus. d. boreas vel aquilo.

Boreas Aqlo
Circius
Auster Not'
Euro Auster
Euro notus
Austro affric'
Libonotus

De vētorū inscriptione primo Cardinales.

Secundo collaterales.

HARVM RERVM HANC SVME IMAGINEM SEQVENTEM.


a
Auster * vel notus.
Euro
Euro *
Auster
notus.
Austro
Libo *
Africus.
notus.
Oriens.
f
h
Aphric9 * Libo
Euro *
Oriens.
Orizon
Obliquus.
d
i
m
e
l
g
Orizon
rectus.
Occidens.
Circulus Cancri.
Circul9 Arietis z Libre.
n
Circul9 h. Capricorni.
Septentrio.
Septe * trio.
Boreas * a Aquilo.
Afri * us.
c

Propositio Vndecima partis prime.

Rete aut Aranea astrolabij artificiose cõponere. ¶ De circulis matris & tabularũ astrolabij quid sibi velint aut quo pacto describant hactenus dictũ. His igitur incubans Rete, Aranea siue Voluellũ; qd arabes Alhancabuth noiant; crebra excisione pforatũ; signiferũ & quasdã herentes celo stellas continet fulgentiores. Hoc modo erit metiendum ac construendum.

¶ Disponatur tabula valde plana; talis; ꝙ infra limbum potest contineri; volubilis tamen in concauitate aut conceptaculo corporis astrolabij. Et in centro. e. (fm doctrinam propositionis tertie) describe tres circulos concentricos matri; equalis pportionis siue magnitudinis vt in matre sc; tropicũ Capricorni. Equinoctialẽ; & tropicum Cancri. Quos quadrabis p duas lineas; orthogonales; additis litteris. f. g. h. i. k. l. m. n. vt in matre. ¶ Deinde in linea. f. h. quere centrũ correspondens puncto. f. tropici Capricorni & intersectioni tropici Cancri cũ linea. f. h. vltra centrũ. e. versus. h. trãseundo. super quo describe circulũ contingentẽ tropicum Capricorni in pũcto. f. & ex alia parte versus. h. tropicũ Cancri. Quem per puncta. n. orientis &. L. occidẽtis equinoctial. idest per duas intersectiões equinoctialis & linee. i. g. transire necesse est. Si enim per has intersectiões non trãsiuerit errasti; reitera igit opus donec verificet. Et hic circulus repsentabit nobis viã Solis aut lineã eclypticã q in orbe signorũ. idest in signifero aut zodiaco mediũ semp obtinet locũ. Et est hic circulus inuenquem & examussim inscribẽdus. Quia in eo (vt inqt Hermãnus cõtractus) tota huius artis cõsistit efficacia. Qui etiã p lineã. i. g. in bina hemisphería sed in eqliter partit; & in. n. principiũ Arietis. in. L. ꝙ Libre cõstituit. Deinceps circino modicũ cõstricto sup centro zodiaci describe scd'm circulũ p gradib' singularibus zodiaci. Et iterũ circino restricto duc tertiũ p nũero graduũ. & tandẽ qrtũ p noibus duodecim signorũ inscribẽdis & hec de circulis zodiaci. ¶ Diuisio aũt ipsius nõ est eqlis. Modi diuidendi sunt fere qnq. qrũ duo supponũt tabulas. Alij tres nullas. Modi supponẽtes tabulas. vn' pcedit adiumẽto tabule ascẽsionũ rectarũ. Alius auxilio tabule declinatiõis Solis. Cũ primo qa certior & facilior est h mõ opare. Pricipio oim circulo eqnoctial' retis aut aranee subcircinabis duos circulos vnũ p gradib' & aliũ p nũero graduũ. Post hac eqtore in instrumẽtis magnis in. 360. gradus; in puis in. 80 distribue; inchoando circa. n. idest orientẽ vel initiũ Arietis trãseũdo ꝙsus. m. Quo rite distributo intercapedini secũdi & tertij circuli inscribe nũeros de. 5. in. 5. vl'de. 10. in. 10. Ita ĩ primo spatio post. n. ꝙsus. m. gradiẽdo scribe. 5. in scd'o. 10. in tertio. 15. & sic deinceps vsq ĩ. 360. Aut si instrumẽtũ ppter puitatẽ oẽs grad' capere nequerit scribe in primo spatio. 10. in scd'o 20. ĩ terio. 30. cõtinuãdo vsq ĩ. 360. ¶ Diuiso eqtore vt iã pcepim'; zodiacus p eũdẽ primũ in duodecĩ signa partiẽdus est; h pacto. Ingredere tabellã hic annexã cũ ĩtegro signo Arietis. h est cũ. 30. gradib' eiusdẽ; & in directo offendes. 27. grad'. 54. minuta ascensionẽ toti' Arietis rectã. ¶ Hãc supputa in eqnoctiali ab. n. a principio Arietis & etiã equinoctialis ꝙsus. m. & fini & centro. e. iungito regulã rectã que abscindet Zodiacũ in duob' locis oppositis. Quorũ vnus sequẽs ĩmediate. n. erit finis Arietis & initiũ Tauri. & alius signi Libre e regione cõstituti finis & principiũ Scorpij. Loca aũt abscisiõis Zodiaci vtrinq lineis manifestis p qtuor ipsi' circulos tractis notato.

De Cõstructione Alhancabuth.

Cautela.

Linea Eclypticaseu via Sol.

Quinq modi diuidẽdi rethe

Primus Certior & facilior modus.

De diuisione Zodiaci.

TABELLA ASCĒSIONVM RECTARVM

Numerus Graduum	Aries. Nu. G.	Aries. Nu. M.	Leo. Nu. Gra.	Leo. Nu. G.	Leo. Nu. M.	Sagictari. Nu Gra	Sagictari. Nu. G.	Sagictari. Nu. M.
5	4	35	5	127	22	5	243	3
10	9	11	10	132	27	10	248	21
15	13	48	15	137	29	15	253	43
20	18	27	20	142	25	20	259	7
25	23	9	25	147	18	25	264	33
30	27	54	30	152	6	30	270	0
Taurus.			**Virgo.**			**Capricorn.**		
5	32	42	5	156	51	5	275	27
10	37	35	10	161	33	10	280	53
15	42	31	15	166	12	15	286	17
20	47	33	20	170	49	20	291	39
25	52	38	25	175	25	25	296	57
30	57	48	30	180	0	30	302	12
Gemini.			**Libra.**			**Aquarius.**		
5	63	3	5	184	35	5	307	22
10	68	21	10	189	11	10	312	27
15	73	43	15	193	48	15	317	29
20	79	7	20	198	27	20	322	25
25	84	33	25	203	9	25	327	18
30	90	0	30	207	54	30	332	6
Cācer.			**Scorpio.**			**Pisces.**		
5	95	27	5	212	42	5	336	51
10	100	53	10	217	35	10	341	33
15	106	17	15	222	31	15	346	12
20	111	39	20	227	33	20	350	49
25	116	57	25	232	38	25	355	25
30	122	12	30	237	48	30	360	0

¶ Consimiliter ex eadem tabella sume ascensionẽ rectam ad 30 gradus Tauri scilicet 57 gradus 48 minuta quã vt iamiam docuimus ab n versus m numerato: & termino & centro e applicata regula: abscissiones Zodiaci duabus lineis patentibus ornato. Quarũ prima post n versus m fini Tauri & initio Geminorũ: opposita vero termino Scorpij & principio Sagictarij alligabitur. ¶ Haud secus ac iam precepimus adiumento tabule alia signa Zodiaci inscribes. Postea cũ autẽ in tabella ad signũ Libre peuentũ fuerit: signiferũ in 12 signa distribuisti. quare quiescendũ erit. Ni forsan omnimoda te delectaret precisio: poteris institutã operationẽ cũ Libra & sequentibus signis continuare. ¶ Zodiaco igitur in 12 signa aut spatia non tamen equalia distributo: signorum nomina inscribes. Iniriando a puncto n eundo versus m hoc est transeundo a dextra versus leuam contra motũ mundi. idest primi & supremi mobilis. In primo igitur spatio duodenario post n & in interstitio tertij & quarti circuli Zodiaci scribe Aries. In secundo Taurus. In tertio Gemini. in quarto Cãcer & sic deinceps vsq; in pisces. ¶ Preterea quodlibet signũ Zodiaci in 6 partes diuidendũ est. Quod profecto officio nostre tabelle dicto citius exequeris. ☞ GRATIA exempli 5 gradibus Arietis in circulo recto respondent 4 gradus & 35 minuta. Hos gradus & minuta numerabis vt antea in equatore ab n versus m & fini numerationis ac centro e iungas regulam & resectiones Zodiaci quas regula vtrinq; causat signabis lineis ductis a primo circulo signiferi quẽ supra viam Solis aut lineam eclypticam nominauimus vsq; in tertiã lineam. Prima igitur linea post n quintũ gradũ Arietis terminat & alia in obiectu quintũ libre. ¶ Consequenter ex eadem tabella accipe ascensionem rectã 10 gradibus Arietis respõdentẽ scz 9 gradus & 11 minuta & operare cum his vt iam diximus: & hac lege continua tuam operationẽ vsq; in principium Libre & videbis quodlibet signũ in 6 partes & si inequales diuisum. Quibus in spatio secundi & tertij circuli numeros quinarios adijce. In primo circa n 5 in secũdo 10 in tertio 15 & sic continuando vsq; in 30 & complementũ Arietis. Itidem fac in Tauro & alijs signis. & hoc in astrolabijs magnis secus in paruis quẽadmodum supra annotauimus. Postremo quãlibet 6 partium linee eclyptice cum circino in 5 equales partes seca: & his & centro e aptata regula duc lineas a primo circulo vsq; in secundũ & prodibit Zodiacus tuus diuisus in 360 gradus in magnis: aut in 180 in paruis astrolabijs. ¶ Huiusmodi tabularis hoc sumito schema. In quo equator & Zodiacus propter instrumenti angustiam in 180 partes sunt diuisi vbi vnum spatiolum duos valet gradus.

De inscribendis noibus 12 Signorũ.

De diuisione Signorum.

HARVM RERVM HANC SVME IMAGINEM SEQVENTEM.


Zodiacus.
Capricornus.
Sagittarius.
Scorpio.
Zodiacus.
Aquarius.
Libra.
Tropicus Cancri.
Oriens.
Occidens.
Virgo.
Aries.
Leo.
Cancer.
Gemini.
Taurus.
Equinoctial.
Tropicus Capricorni.

MODI NON INITENTES

Prim⁹ modus nõ innitẽs Tabulas.

Tabulis in signiferi partitione sunt plures Ex quibus vnum certiorem & vtiliorem delegimus; bimembrem tamen quia iam per lineas rectas. Iam per circulares aut arcuales negocium partitionis absoluit. Diuisio igitur Zodiaci per lineas rectas fit in hũc modum. Dispositis equatore; Zodiaco; & alijs circulis vt predixímus. Primũ polum Zodiaci tanq̃ fundamentum huius operationis inuestigabimus; hoc pacto; a puncto. n. equatoris & principij Arietis versus. k. supputetur maxima Solis declinatio & fini adijciatur nota. o. deinde iungatur. o. cum. L. puncto equatoris; & initio libre per lineam rectam & scindet diametrum Zodiaci in puncto. p. erit igitur p. polus vnus Zodiaci in plano. Polo igitur Zodiaci. p. reperto; addatur vna pars regule iuste & alia ad singulas equatoris diuisiones incipiendo ab. n. & trãseundo versus. m. & vbi regula intersecat lineam eclypticam fiant note subtiles & occulte; & per hunc modum ecclyptica diuiditur in omnes gradus facillime; & potest primo diuidi (vt assolet) in. 12. signa; & postea quodlibet signum in. 6. partes; & eandem quelibet pars in. 5. Post hac iungatur regula centro. e. & notis occultis ecclyptice; & ducantur linee manifeste pro integris signis; partibus signorum & gradibus singularibus quẽadmodum supra in primo modo mouimus & patebit Zodiacus diuisus ſm omnẽ precisionem quod fuit optatum.

De diuisione Zodiaci.

Diuisio. 12. Signorum.

HARVM RERVM HANC SVME IMAGINEM.

Capricornus.
Sagittarius.
Zodiacus.
Aquarius.
Scorpio.
Zodiacus.
Tropicus Cancri.
Polus Zodiaci.
Orients.
Occidens.
Aries.
Virgo.
Leo.
Cancer.
Gemini.
Taurus.
Equinoctialis.
Tropicus Capricorni.

NE aliquid in Zodiaci nostri diuisione omittamus, addam secundum modum non innitentem tabulis vtilem valde pro stellarum fixarum impositione ad araneam: diuidentem ipsum signiferum per circulos magnos aut lineas Arcuales. ¶ Didicimus supra inuentionem vnius poli Zodiaci: quem in corpore retis contineri ambigit nemo. Secūdi autem poli huic oppositi extra tabulam ipsius retis sedem habentis: talis est inuentio. Diametrum rhetis. f. h. circa. h. prolonga in directum in assere plano cui tabula retis adherere & complanari debet. Deinde maximam Solis declinationem computa ab. L. puncto equinoctialis & principij Libre versus. m. & fini punctum. q. ascribito: punctis L. & q. applica regulam & vbi diametrum prolongatā secuerit: fac punctum. r. Erit igitur. r. polus Zodiaci secundus oppositus primo. Lineam. p. r. inter vtrosq; polos interceptam diuide per medium in puncto au centro. s. Circino ergo extenso a centro. s. in. p. vel. r. pduc circulū occultū transeuntē p hos polos & per puncta equinoctialis. L. & n. Si saltem rite operatus fueris. Ex centro. s. procrea aliam diametrum orthonogalem diametro. p. r. que vocetur. t. u. quam diligenter protrahe & in longū continua vtrinq; in assere plano. In hac enim centra omnium circulorum inscribendorum constituentur. ¶ His dispositis: Zodiacum primo (vt fit) in. 12. signa distribuemus: hac lege. semicirculum occultum a. p. versus. r. dextrorsum eundo in tres equales partes diuide: diuisionibus ascribe puncta. x. y. Deinde apta vnam partem regule polo. p. & aliam puncto proximo. x. & considera vbi regula scindat diametrum. t. u. plōgatā & ibi fac pūctū. z. & regula durāte in polo. p. p̄mouē ipsam in punctū y. & punctum sectionis diametri signato puncto. &. hec duo puncta traduc in aliam partem huius diametri sinistram versus. Posito igitur vno pede circini in pūcto. z. & alio extenso in polum. p. duc arcum magnū & occultum per totū rete: aut lineā eclypticam duabus dūtaxat affice notis in partibus oppositis. Circino inuariato siste vnū eius pedem in punctū correlatiuū ipsius. z. & iterum duc arcum occultū per polū. p. & totam retis superficiem: aut eclypticam duobus punctis e regione positis signabis Non aliter operare cū puncto. &. et suo correlatiuo. Per hos ergo quatuor arcus co assumptis duabus diametris retis videbis Zodiacū partitum in. 12. signa. ¶ Preterea quodlibet signū in sex partes diuidatur: taliter: quālibet portionē semicirculi occulti in. 6. equas partes distribue: & adiecta regula polo. p. & diuisionibus iam factis signabis puncta vt prediximus in diametro prolongata que etiam transfer in partem oppositam huius diametri: & singulis punctis īmitte vnum pedem circini & aliū disiūge in polum. p. & pinge arcus aut pūcta vt iam exposuim⁹: & binos arcus semper vna circini extensione perficies. Potes etiā tali ingenio quāq; laboriosum est quālibet partē in. 5. gradus singulares diuidere. Quod tamē nō consulo cum per simplicem partitionem etiam equalem nullus error sensibilis accidat.

Secdus mod⁹ nō innitēs tabulas.

De diuisione zodiaci.

De diuisione signorum.

Huius diuisionis hanc cape figurationem sequentem.


Capricornus
Sagittarius
Scorpio
Libra
Virgo
Leo
Cancer
Tauro
Aries
Pisces
Aquarius
Tropicus Cancri
Polus zodiaci
Equinoctialis
Tropicus Capcorni
Punctus correlatus
Punctus correlatus
Punctus correlatus

bis
día
pt
ud
rít
tri
Ma
mí
Qu
tuc
dei
uín
sig
lo
sun
S.
Ins
He
tab
cꝑ
gni
ex
ad
no
no
ped
ped
cac
mag
ín

Propositio Duodecima partis prime: Stellas fixas reti via geometrica imponere.

Cum rerũ celestium peritum oportet non solũ interdiu horas inspicere ad Solẽ prospectu; sed etiã ad stellas noctu, operepreciũ existimamus doctrinam aliquã inuenire dam; qua facile & sine errore id obtineamus; in reti stellas quas velimus describendo; non certe plurimas sed fulgentiores & clariores fixas aut celo herẽtes ne earundẽ pluralitas subiectos circulos matris aut tabularꝫ astrolabij occultent. Doctrina autẽ descriptionis; impositionis; locationisue stellarꝫ bimẽbris traditur. Prima tutissima & facilima; que imponit stellas p noticiam declinationis ipsarum ab orbe recto, idest ab equatore. Et fm hãc quattuor precognoscere oportet. Longitudinem & declinationem stelle. Partem declinationis & eius Magnitudinem. Longitudnẽ stelle (fm hanc doctrinã) determinat gradus orbis signorꝫ, idest zodiaci cum quo stella venit ad mediũ celi hoc est ad circulum meridianũ; quã vsitato vocamus celi mediationẽ. Arcus aũt de circulo meridiano interceptus inter equatorẽ & centrũ stelle erit eius declinatio. Quia stelle declinatio nihil aliud est q̃ distantia ipsius ab equinoctiali, partẽ aũt declinationis hic intelligimus si fuerit ex parte septentrionis aut meridiei ab equatore. Si em̃ stella ab equatore in septentrionem vergit eius declinatio septentrionalis aut aquilonia appellatur. Si in meridiẽ Meridiana aut Austrina vocatur. Magnitudinẽ stelle a radijs & splendoribus doctissimi astrologi concluserunt. Sex enim stellarum ordines aut differentias posuerunt. Quarꝫ quedam clarissime; maximi splendoris & luminis ad primã retulerunt magnitudinem. Modico minoris splẽdoris ad secũdam; & iterum minoris ad tertiam (& sic deinceps) posuerunt magnitudinem. Secundũ hanc doctrinam subannexã ordinauimus tabulam. In qua primo stellarum nomina latina & arabica apparent. Secundo signa zodiaci; gradus & minuta cum quibus stelle celum mediant (largiori vocabulo longitudines stellarꝫ dicte) nominibus alligantur Tertio earundẽ declinationes adsunt que vniuersaliter ab equatore supputantur. Quarto partes declinationis sequunt S. partẽ septẽtrional'. M. meridianã designãte. Tandẽ stellarꝫ magnitudinẽ; adijciunt. Inscripsimus etiam tabule nostre propemodum vbiq̃ stellas splendescentiores quas Hermannus clarissimas nominauit. ¶ Huius doctrine impositio est huiusmodi. Ex tabula subscripta optate stelle disce Longitudinem. Declinationem & eius partem atq̃ magnitudinem. Longitudinem stelle in gradibus & minutis computa ab initio signi zodiaci in quo est stella fm hanc Longitudinem. & super eius finem pone regulã ex vna parte & ex alia super cẽtrum. e. & duc lineã occultã per totam faciem retis vsq̃ ad centrũ. e. Postea si stelle declinatio fuerit Septentrionalis tũc supputa ipsam in equinoctiali a. k. versus. n. & vbi terminatur fige notam. Cui & puncto. L. occidentis equinoctialis applica regulam & vbi abscindit diametrum. f. h. fac signaturam. Et locato pede fixo in centrum. e. & alio extenso in iam dictam signaturam diametri; circũgira pedem circini volubilem in lineam occultam prius ductam & vbi eãdem tangit ibi est cacumen aut centrum stelle optate. Cui ascribe nomen latinum aut arabicum & eius magnitudinem. Si autem stella declinationem tenuerit Meridianam tunc nũera ipam in equatore a. k. versus. L. & fini adde notam fm equatore & iterum regulã adijce pun

Longitudo Stelle

Declinatio Stelle.

Magnitudo Stelle.

Declaratio Tabule sequentis.

De Impositione Stellarum.

cto. L. Et note equatoris & vbi regula tangit diametrum. f. h. pinge punctũ: & emitte pedem vnum circini alio in centro. e. stante in hoc punctum: & circino non variato verte pedem mobilem in lineam occultam & imprime notam que proposite stelle centrum aut cacumen manifestat. Quam nomine & magnitudine exornabis. Consimiliter age cum alijs stellis tabule. Imponendo cuilibet signo duas aut plures stellas.

TABVLA STELLARVM FIXARVM

continens earum longitudinem fm celi mediationem declinationes: partes & magnitudines earundem.

Nomina Stellarum fixarum Latina.	Arabica	Signa zodiaci.	Celi mediatio. G	M	Declinatio. G	M	Pars Declinatois	Magnitudo
Stella polaris:	Alrukaba.	♈	1	15	85	51	♋	3
Pectus Cassiopeie.	Scheder	♈	3	0	53	45	♋	3
Ymbilicus Andromade	Mirach.	♈	10	43	34	13	♋	3
Venter Ceti.	Batakaytos.	♈	23	2	12	39	♌	3
Cauda Ceti.	Deneb kaytos.	♈	4	31	20	26	♌	3
Dextrum latus persei.	Algenib.	♉	14	5	47	42	♋	2
Caput algol.	Ras algol.	♉	11	20	39	32	♋	2
Pleiades.	Athoraye.	♉	20	33	22	36	♋	5
		♉	20	54	21	54	♋	5
Naris ceti.	Menckar.	♉	11	23	2	18	♋	3
Hircus.	Alhaior.	♊	11	21	44	56	♋	1
Oculus Tauri.	Aldebaran.	♊	3	18	15	55	♋	1
Dexter Humerus Orionis	Bed algeuze.	♊	22	37	6	16	♋	1
Sinister pes Orionis	Rigel algeuze.	♊	13	48	9	14	♌	1
Caput Gemini antecedentis.	Ras algeuze.	♋	14	0	32	28	♋	2
Caput Gemini sequentis.		♋	16	49	28	43	♋	2
Canis maior.	Alhabor.	♋	5	33	15	49	♌	1
Canis minor.	Algomeisa.	♋	16	43	6	9	♋	1
Cor Leonis et dicitur rex.	Kalb eleced	♌	22	11	14	19	♋	1
Ceruix Leonis.		♌	24	49	22	19	♋	2
Lucida Hydre.	Alphard.	♌	13	14	4	32	♌	2
Dorsum Vrse maioris.	Dubhe.	♍	5	19	62	36	♋	2
Cauda Leonis	Deneb eleced.	♍	19	16	17	9	♋	1
Dorsum Leonis.		♍	19	30	22	51	♋	2
Principiũ caude Vrse maioris.	Alioth.	♎	7	17	58	7	♋	2
Mediũ caude Vrse maioris.		♎	15	30	57	24	♋	2
Extremũ caude Vrse maioris	Benenatz.	♎	22	57	51	42	♋	2
Vociferans vel Lanceator.	Alramech.	♏	29	21	21	45	♋	1

Complemētū predicte Tabule Stellarū fixarum.

Noia Stellarū Latia.	Arabica.	Signū Zodiaci	Celi mediatio G	Celi mediatio M	Declinatio G	Declinatio M	Pars declinatōis	Magnitudo
Spica virginis.	Azimech	♍	15	13	8	16	♌	1
Sinister humerus bootis.	Cegnius.	♏	4	0	40	32	♋	3
Corona septentrionalis.	Alpheta l'mumir	♏	20	11	28	51	♋	2
Palma sinistra serpentarij	Yed	♏	29	0	1	58	♌	3
Lumiosior Lācis meridionalis libre		♏	7	[illegible]	13	29	♌	2
Lumiosior Lācis septētrionalis libre		♏	14	28	7	18	♌	2
Caput draconis.	Ras aben.	♐	26	1	52	11	♋	3
Caput Herculis.	Ras algethi.	♐	11	46	15	27	♋	3
Caput Serpentarij.	Ras alanque.	♐	18	10	13	11	♋	2
Cor Scorpij.	Calb alatrob.	♐	1	27	24	36	♌	2
Vultur Cadens.	Wega.	♑	3	51	38	36	♋	1
Aquila aut vultur volans.	Alkāyr	♑	18	57	7	19	♋	2

Exēplū impositiōis stellarū

Exempli gratia. Jubeor schemati inferius exposito imponere stellā Aldebaran; quam romano sermone Oculum Tauri dicimus supputo eius longitudinē, idest celi mediationē a principio arietis in 3. gradūū. & 18 minitū geminorum & a fine duco lineam occultam in centrum. e. quam. o. e. vocabo. Item decliinationem eiusdem. f. 15. gradus. & 55. minuta. septentrionalē numero a. k. versus. n. in equatore & regula puncto. L. occidentis & fini numerationis declinationis adiecta signabo diametrum. f. h. in puncto. p. Ex cētro. e. in punctū. p. expando circinum & signo lineam. o. e. puncto. q. Erit igitur. q. cacumen stelle Aldebaran. Cui nomen & magnitudinem primam attribo. & habeo quod fuit propositum. ¶ Preterea precipior inscribere stellam Alhabor quā latini Canem maiorē aut Syrium appellant; a termino igitur lōgitudinis. f. 5. gradus. & 33. minuti. Cancri tracho lineam occultam ad centrum. e. dictam. e. r. Declinationē vero. f. 15. gradus. 46. minuta computo in equatore a. k. versus. L. & linea recta protracta ab. l. per finem computate declinationis scindit diametrum. f. h. in puncto. S. Circino autem emisso ex. e. in. S. signo lineam. r. e. puncto. t. Erit igitur. t. cacumen aut centrū stelle Alhabor. Quam nomine & prima quantitate orno; & habeo cupitum. ¶ Similis operatio reliquis stellis tabule imponendis aptatum.


Oriens
Occidens
Capricornus
Sagittarius
Aquarius
Scorpio
Pisces
Libra
Tropicus Cancri
Aries
Virgo
Leo
Cancer
Gemini
Taurus
Aldebaran
Equinoctialis
Albaborri
Tropicus Capricorni

Secunda doctrina imponendi stellas in Aranea per noticiam earum ab orbe signorum hoc est ab eclyptica linea ꝓcedit. Et ſm hanc doctrinã oportet etiã quattuor ꝑcognoscere videlicet Longitudinẽ Latitudinẽ; Latitudinis partem & magnitudinem stelle. ¶ Longitudo stelle est distantia ipsius a principio Arietis ſm signorum successionem computando; & dicitur alio nomine Verus motus stelle. Et determinatur per circulum transeuntem per polos Zodiaci & centrum stelle. Talis enim circulus sic ductus ostẽdit ipsius stelle gradum & minutũ in orbe signorum. Et ex cõsequente ipsius distantiã a principio Arietis; quã stelle longitudinẽ proprie nominamus. ¶ Arcus autẽ de isto circulo interceptus inter lineam eclypticam & stellam est eius latitudo. ¶ Partem autem latitudinis hic intelligimus si fuerit ex parte septentrionis aut meridiei ab eclyptica. ¶ Magnitudo a radijs vt prediximus concluditur. ¶ Secundũ hanc doctrinã ordinata est tabula sequens in qua primitus stellarum nomina Latina & Arabica occurrũt. Secundo signa; gradus & minuta verarum Longitudinum vel verorum motuũ earundẽ adsunt. Tertio adherent Latitudinẽ q̃ vniuersaliter a linea eclyptica numerant̃. per litterã. S. septentrionales. per. M. vero meridiane exprimuntur. Et demũ earum Magnitudines accedũt. ¶ Si igitur ſm hanc doctrinã propositam stellam in rete collocare volueris. Signabis Solis maximã declinationem in quartã. K. L. equatoris a. k. versus. L. trãsiendo & sit. k. q. Similiter signabis eandẽ in quarta equatoris. m. n. versus. n. & sit m. r. ¶ Deinde per propositionẽ. 11. huius & ℣ Modi non innitentes &c̃. Inuenies polum Zodiaci & sit. p. ¶ Postea proposite stelle in tabula posite cõsidera gradum & minutũ in longitudine & per ipsum & suũ oppositũ &. p. polum zodiaci fac trãsire arcũ circuli occultũ qui sit gratia exẽpli. s. p. t. in quo erit stella. ex pte sue longitudinis ¶ Preterea animaduerte eius Latitudinem. Que sit fuerit septentrionalis a linea eclyptica numerabis eam ab equatore a duobus terminis declinationis. q. &. r. versus. n. punctum orientis. & a finibus huius numerationis ducantur due linee occulte concurrentes in. L. puncto occidentis. Que scindẽt diametrũ. f. h. in duobus locis Quod ergo continetur de ipsa infra loca sectionũ diuide per mediũ; & ibi posito pede circini ĩmobili & altero extente ſm quantitatẽ sectionũ circũuolue circinum donec scindat arcum. s. p. t. denominantẽ longitudinẽ ex parte sui gradus & minutorũ ipsius stelle in puncto. v. Erit igitur. v. stella de qua agitur. ¶ Si autem stella fuerit meridiana ab eclyptica; sume vt iam docuimus signum gradum & minutum eius in lõgitudine & per ipsum & eius oppositũ &. p. polum Zodiaci duc arcum occultũ in facie retis qui sit. x. p. z. & in eo locabitur stella ex parte signi; gradus & minuti. ¶ Deinde considera eius latitudinem quã numerabis in equatore a duobus finibus declinationis Solis. q. &. r. versus. L. punctum occidentis que secabunt diametrum. f. h. & quod continetur infra sectiones illas; de eadem diametro; partire in duo equalia; & ad quantitatem vnius partis extendes circinum describendo circulum qui secabit arcum. x. p. z. nominantẽ longitudinem stelle ex parte signi; gradus & minuti; in puncto. &. Erit ergo. & stella quesita. ¶. Vt autẽ stellas ſm hanc doctrinam reti imponere valeas; & ne arcuum denotantium earum longitudinem vagando centra inquiras; resume vltimam Zodiaci diuisionem propositionis vndecime in ℣ ne aliquid &c̃. Et

Lõgitudo stelle est ver' motus stelle.

Latitudo stelle est.

Magnitudo

Declaratio tabule seq̃ntis.

De collatiõe Stellarum in rete.

scito q̃ omnia centra graduum Zodiaci in diametro Longa memorate diuisionis cõtinentur. Cognito igitur gradu stelle per tabulam si fuerit in aliquo minuto gradus eius centrum perscrutaberis per eandem artem per quam centrum gradus inuestigasti. Quo inuento posito ibi pede circini ĩmobili & alio extenso vsq̃ in. p. polum Zodiaci describes arcum denotantem longitudinem stelle. Deinde per eius latitudinem inuenies locum stelle in eodem arcu omnino sicut iam supra docuimus. ¶ Aduerte igitur q̃ ista stellarum impositio concordat cum vltima diuisiõe zodiaci: quare labor vnus. Vides nanq̃ q̃ circuli diuidentes Zodiacũ illo modo: sunt arcus notãtes lõgitudines in quibus sunt stelle. Si igitur diuidendo Zodiacum frequẽter habueris oculum ad tabulam stellarum fixarum cum veneris ad gradum stelle signare poteris arcũ denotantem longitudinem & statim imponere eam per eius latitudinem. ¶ Et habet hec stellarum impositio magnam certitudinem: quam duobus exemplis manifestiorem reddam. ¶ Offertur in stella imaginis Andromade in eius vmbilico posita: quã Arabes Mirach vocant: reti in scribenda. Capio ex tabula eius longitudinẽ scz. 23. gradus. & 28. minuta. Arietis. Per vndecimam autem propositionem huius & eius vltimam partem diuisus est Zodiacus per circulos magnos. Primo in. 12. signa. Secundo signum quodlibet in maioribus astrolabijs in. 6. partes. In minoribus in. 3. In maioribus quodlibet spatium valet. 5. gradus Zodiaci. In minoribus. 10. His partitionibus habitis: si (vt cõmuniter fit) ad singulares graduum diuisiones nõ fuerit pcessum per doctrinã memorate propositiõis inuestigo ad nostrũ propositũ cẽtrum pro. 23. gradu. & 28. minuta. Arietis: quo habito pono ibi vnum pedem circini & alium extendo in. p. polum Zodiaci & describo arcum occultum transeuntem per. 23. gradum. & 28. minutum. Arietis. & per. p. polum Zodiaci quem gratia differentie voco. s. p. t. ¶ Preterea eius latitudinem scilicet. 27. gradus. & 20. minuta. quia septentrionalis est computo in equatore a terminis declinationis Solis. q. & r. versus. n. punctum orientis: & a finibus computationis duco duas lineas occultas in. L. punctum occidentis: scindentes diametrum. f. h. in duobus locis: & quod de diametro continetur: infra loca sectionum partior per medium: & ibi infigo vnũ pedem circini & emitto alium fm quantitatem sectionum: & pingo notam in arcu. s. p. t. longitudinis que acumen stelle denotabit. Cui nomen Vmbilicus Andromade aut Mirach ascribo.

Exemplũ de Stella Andromade.

¶ Secundo proponitur mihi stella asterismi virginis Spica aut Azimech dicta per tabulam certior reddor eandem in longitudine 16. gradum. & 18. minutum libre possidere. Quere igitur per sepius memoratam propositionem. 11. centrum pro. 16. gradu & 18. minuto Libre. Cui pedem circini imitto & reliquum in. p. polum Zodiaci expando: & tracto arcu occulto per Libram. & p. polum. eundem litteris. x. p. z. signo. Latitudinem vero eiusdem stelle meridianam. 2. graduũ. & 0. minuti. numerũ a. q. & r. versus. L. & a terminis binas in. L. duco lineas: secãtes diametrum. f. h. in duobus locis: & quod de diametro his sectionibus intercipitur: diuido per mediũ. & ibi cõstituto vno pede circini: alium fm sectionum distantiam extẽdo & facio punctum in arcu. x. p. z. quod & voco: cacumen dicte stelle signans. Cui nomen & primam magnitudinem addo & habeo propositum. Simile sumo iudicium de omnibus alijs stellis imponendis. ¶ Et ne huic secunde doctrine aliquid desit sequens capiatur schema.

Exemplũ de Stella Spica.

TABVLA STELLARVM FIXARVM

fulgentiorum: cõtinens earum veras Longitudines, Latitudines, Partes ac Magnitudines, earundẽ rectificata p Ioannẽ Stöffler Iustingensem, Anno christi maximi, 1500, currente.

Nomina Stellarum fixarum Latina.	Arabica	Characteres signorum	Longitudo. G	M	Latitudo. G	M	Pars Latitudinis	Magnitudo
Deytrum adiutoriũ Cephei.	Alderaimim.	♈	6	18	69	0	♋	3
Ymbilicus Andromade	Mirach.	♈	23	28	27	20	♋	3
Venter Ceti.	Batakaytos.	♈	14	38	20	0	♌	3
Pectus Cassiopeie.	Scheder	♉	0	28	46	45	♋	3
Deytrum latus persei.	Algenib.	♉	24	28	30	0	♋	2
Caput algol.	Ras algol.	♉	19	18	23	0	♋	2
Pleiades.	Athoraye.	♉	21	48	4	30	♋	5
		♉	22	18	5	5	♋	5
Naris ceti.	Menckar.	♉	7	18	12	20	♌	3
Stella polaris.	Alrukaba.	♊	19	48	66	0	♋	3
Hircus vel Caper.	Alhajot.	♊	14	38	22	30	♋	1
Oculus Tauri.	Aldebaran.	♊	2	18	5	10	♌	1
Deyter Humerus Orionis	Bed algeuze.	♊	21	38	17	0	♌	1
Sinister pes Orionis	Rigel algeuze.	♊	9	28	31	30	♌	1
Caput Gemini antecedentis.	Ras algeuze.	♋	12	58	9	40	♋	2
Caput Gemini sequentis.		♋	16	18	6	15	♋	2
Canis maior.	Alhabor.	♋	7	18	39	10	♌	1
Canis minor.	Algomeisa.	♋	18	48	16	10	♌	1
Dorsum Vrse maioris.	Dubhe vel edub	♌	9	18	48	0	♋	2
Cor Leonis et dicitur rey.	Kalb eleced	♌	22	8	0	10	♋	1
Ceruix Leonis.		♌	21	48	8	30	♋	2
Lucida Hydre.	Alphard.	♌	19	38	20	30	♌	2
Principiũ caude Vrse maioris.	Alioth.	♍	1	48	53	30	♋	2
Mediũ caude Vrse maioris.		♍	7	38	55	40	♋	2
Extremũ caude Vrse maioris	Benenatz.	♍	19	28	54	0	♋	2
Cauda Leonis	Deneb eleced.	♍	14	8	11	50	♋	1
Dorsum Leonis.		♍	3	48	13	40	♋	2
Sinister humerus bootis.	Cecinus.	♎	9	18	49	0	♋	3
Vociferans aut Lanceator.	Alramech.	♎	16	38	31	30	♋	1
Spica virginis.	Azimech	♎	16	18	2	0	♌	1
Corona septentrionalis.	Alpheta l mumir	♏	4	18	44	30	♋	2
Palma sinistra serpentarij	Yed	♏	24	38	17	30	♋	3
Lumiosior Lãcis meridional libre		♏	7	38	0	40	♋	2
Lumiosior Lãcis septẽtrional libre		♏	11	48	8	30	♋	2
Caput draconis.	Ras aben.	♐	19	18	75	30	♋	3

Prima pars.

Complemētū predicte Tabule Stellarū fixarum.

Nomina Stellarum fixarum Latina.	Arabica	Characteres signorū	Longitudo. G	Longitudo. M	Latitudo. G	Latitudo. M	Pars Latitudinis	Magnitudo
Caput Herculis.	Ras algethi.	♐	7	18	37	30	♋	3
Caput Serpentarij.	Ras alangue.	♐	14	28	36	0	♋	2
Cor Scorpij.	Calb alatrab.	♐	2	18	4	0	♏	2
Cauda Scorpij.		♐	17	8	13	20	♏	3
Vultur Cadens.	Wega.	♑	6	58	62	0	♋	1
Aquila aut vultur volans.	Alkare	♑	23	28	29	10	♋	2
Cauda cigni vel galline.	Deneb adigege	♒	28	48	60	0	♋	2
Mussida equi maioris.	Enif alpheratz	♒	24	58	21	30	♋	3
Crus equi maioris.	Scheat alpheratz	♓	21	48	31	0	♋	2
Humerus equi maioris.	markab alpheratz	♓	16	18	19	40	♋	2
Crus aquarij.	Scheat ♒.	♓	1	18	7	30	♏	3
Cauda Ceti.	Deneb kaytos.	♓	25	18	20	20	♏	3

Posteaq̄ de Fabrica et descriptione Retis quantū ad circulos necessarios stellarūq̄ in eodē locationes expeditus es: totum cum perforatorio & limis vbicunq̄ vacat diligēter perforabis, tantū Zodiaco, Equinoctiali, Tropico, Capricorni: duabus diametris, f, h, & g, i, & Denticulis aut Cuspidib⁹ stellis fixis passim aptatis: saluis & illesis. Vide igitur ne laboriose inuenta in diligenti perforatione aut excisione a suis locis moueant aut inutilia reddantur. Precipue lineam eclyptice zodiaci integrā inūguē seruabis: & quo ad fieri potest facvt zodiaci gradus eclyptic̄ partientes libere videri possint. Qua propter circa Sagittariū & Capricornū nō nulli portiōes tropici capricorni sunt resecande. Quanto enim minores sunt remanentie circa lineam eclypticam & gradus ipsius tanto certior erit inuentio earum rerum que per eandē lineam & gradus habent: sicuti per eius vsum scire volentibus facile manifestabit. ¶. Dimittatur etiā circa centr̄ retis parvus circulus ad portandū corpus ipsius: ne circūuoluendo (vt crebro fit) a sua rectitudine moueatur. ¶ Nō nulli denticulos stellas per eorū acumina designātes: vel in modum folij vel rostri auis vel alterius rei conuenientis nomini stelle protrahunt. Subtile eīm ingenium in huiusmodi figurationibus admodū prodesse potest.

Hec de Reti: eius Fabrica 7 excisione sufficiant.


Capricornus
Sagittarius
Scorpio
Libra
Spica
Aquarius
Pisces
Zodiacus
Aries
Tropicus Cancri
polus zodiaci
Cancer
Gemini
Leo
Virgo
Equinoctialis
Tropicus Capricorni
punctꝰ correlatiꝰ z
punctꝰ correlatiꝰ z
Centꝰ de- ceꝰ y ceꝰ 20 ceꝰ y 23 ceꝰ vlti
cauꝰ gꝰ ari- 16 z 18 gꝰ arietis gꝰ z 28 mi- gꝰ arietis
etis z libre minuto et libre uno arietis et libre.
libre.
Arcus. y. r. huꝰ
circuli respondet Ce-
tris gꝰ duū Arietis
et libre.

Prima pars.

Propositio Tertiadecima partis prime.

De Cõstructione Ostensoris in facie astrolabij currẽtis paucula quedã subiungere. ¶ Regula, Ostẽsor Index aut Almuri arabico sermõe in astrolabij anteriori parte currens hoc pacto componit. Accipe tabulã de materia solida habens latitudinẽ fere duorꝫ digitorꝫ. Longitudinẽ vero fm quantitatẽ instrumenti; quã ex vtraqꝫ parte optime planabis. Deinde in medio latitudinis eiusdẽ ptrahe lineã rectã que sit. a. b. quã in medio secabis in puncto. e. super. e. tanqꝫ centro describe circulũ paruũ fm latitudinẽ regule vel ostensoris Quo facto abscinde partes regule ex vna parte vsqꝫ ad lineã mediã. a. b. & vsqꝫ ad circũferentiam parui circuli; & ex alia parte resecato partẽ oppositã. Ita tamẽ q̃ circũferẽtia parui circuli vbiqꝫ integra maneat. & linea p centrũ. e. & pũcta. a. b. transiens illesa custodiatur. & poteris hoc opus subtiliare pprio ingenio. Ita q̃ in linea. a. e. b. nõ accidat error. Huius propositionis hanc accipe figurationẽ.



De fabrica itaqꝫ Regule aut Ostensoris pauca quedam recẽsere ac structure faciei astrolabij finem imponere libuit.

REstat postice modo dorsi astrolabij destri ptio. In q̃ circuli altitudis Horizõtis: Orbis signorũ: Mensiũ & dierũ anni. Solare horariũ: & Scala altimetra accuratissima figuratiõe manifestabunt.

Propositio Quartadecia pme ptis.

CIrculos altitudinis ꝛ orbis signorũ artificiose elaborare. Principio omniũ in dorso astrolabij quere pcisius quo poteris centrũ correspõdens centro matris aut limbi faciei: quod vocabis. e. Nã si in hoc dececeris error nõ paruus i operatiõe & vsu: precipue acceptiõis altitudinũ orietur. Sup centro igitur. e. describe circulũ vnum extremitatẽ tabule fere contingentẽ. Postea restricto circino super idem cẽtrũ. ptrahe aliũ & scd'm tm̃ a primo distãtẽ: q̃ int' ipos cõmode possit scribi nũerus graduũ altitudinũ. p. 5. &. 5. distictorũ. Iterũ restrige circinũ min' tn̄ q̃ pmo & sup illd' idẽ cẽtrũ circinab3 m circulũ tm̃ solũmõ distãtẽ a scdo q̃ int' ipos cadere possit singlares graduũ distictões. Rursus cõprime circinũ & sup idẽ cẽtrũ linea b q̃rtũ tm̃ a tertio separtũ vt nũer' graduũ signorũ p. 5. &. 5. inscribi possit. Tãdẽ iterũ cõstrige circinũ & ex eodẽ cẽtro describe circulũ qntũ tm̃ a q̃rto abeũtẽ q̃ int' ipos noia. 12. signorũ zodiaci exarari possint. Hos qnq̃ circulos cõcẽtricos: limbũ dorsi pseferẽtes: q̃drab duab' diametris q̃stitutis e directo diametrorũ mris. Ita q̃ ipis pcise correspõdeãt: & easdẽ signabis lris. a. b. c. d. locãdo. a. i supiori pte astrolabij vbi suspẽdicularis circls icatenari debet. b. i pte diametri dextrã ꝓsus. c. i opposito. a. &. d. i opposito. b. Erit igit. a. pũctus meridiei. c. suũ nadayr siue pũct' medie noctis. d. ꝓo pũct' oriẽtis. &. b. pũct' occidẽtis. Sic erit. a. b. q̃rta meridiei occidẽtal' &. a. d. q̃rta meridiei oriẽtal' b. c. q̃rta occidẽtal' medie noctis &. d. c. q̃rta oriẽtal' medie noctis. Quelibet aũt q̃rta cõtinere debet. 90. grad' & ex seq̃la tot' circls. 360. sibi vẽdicabit. Ad distribuẽdũ aũt generalr quẽcũq̃ circulũ i tot grad'. Distribuat' gra exẽpli. scd's circls descript' primit' p q̃rtas vt dictũ est scz p duas diametros orthogonales. Deinde quãlibet q̃rtã secerne i tres eq̃s ptes: & regla posita in cẽtro. e. ptrahe p diuisiões i circlo factas lineas puas trãseũtes p oia q̃ttuor spatia circlorũ. p signis zodiaci inscribẽdis. Postea quãlibet q̃rtã diuide i sex eq̃les. & iterũ regla cẽtro & his ptib' iũcta duc lineũculas p. 3. spatia exteriora qnarijs nũeris seruiẽtes. Demũ vnãquãq̃ ptẽ diuide i. 5. p gradib' singlar b' & iprime (vt iã exposuim')lineunclas a scdo circlo i tertiũ trãscẽtes & hac lege diuisus ẽ orb signorũ i. 360. grad'. Quib' absolutis i exteriori int'uallo. a. b. pũcto occidẽtis ꝓs' a. pũctũ meridiei ascẽdẽdo spatiolis (lineis nunc ptractis intercẽptis ascribe nũeros altitudis: vt grad' facili' nũerari possint. In primo qdẽ. 5. i scdo. 10. i tertio. 15. & sic semp augmẽtãdo p. 5. donec ad. 90 peueneris q̃ ad pũctũ. a. meridiei locabuũt. Eodẽ pacto pcedes a pũcto. d. orientis in. a. pũctũ meridiei ascẽdẽdo i. 90 grad'. Nõ alit' opaberis alijs duab' q̃rtis. Incipiẽdo i pũcto. b. occidẽtali: sili pgressiõe nũerũ augmẽtãdo vsq̃ ad. 90. descẽdẽdo i. c. pũctũ medie noctis: & a pũcto. d. i. c. silr descẽdẽdo. ¶ Deiceps i tertio spatio vnicuiq̃ signo sexies qnos grad' deputab sic. 5. 10. 15. vsq̃ i. 30. & nõ vltra cõtinuãdo. Initio vt plibauimus a pũcto. b. occidẽtis sumẽdo: & ꝓsus pũctũ a meridiei pgrediẽdo. ¶ In q̃rto vero int'uallo sigrũ vocabula inscribãt: a pũcto. b. occidẽtali dextro: vsq̃ ad sũmũ australẽ. a. cõtra mundũ. Aries. Taurus. Gemi. Ab hic vsq̃ ad oriẽtalẽ pũctũ. d. sinistrũ Cãcer. Leo. Virgo. Inde vsq̃ ad. c. pũctũ imũ septẽtrionalẽ. Libra. Scorpi'. Sagictari'. & de hic ad occidẽtalẽ redeũdo Capricorn'. Aq̃ri'. Pisces. Animaduertẽdũ est circulũ graduũ esse cõem circlo altitudis & circlo signorũ. ¶ Hui' ppositiõis hãc sume figurã.


Meridies.
Gemini.
Taurus.
Aries.
Pisces.
Aquarius.
Capricornus.
Sagittarius.
Scorpio.
Libra.
Virgo.
Leo.
Cancer.
Medii noctis.
Oriens.

Propositio Quindecima partis prime.

¶ Horã ergo inæqualẽ diei breui hac lege cognosces. Per sextã huius horã æqualẽ & eius partẽ addisce gradũq; solis ipsius araneæ fac ĩmobiliter durare in hora ęq̃li & eius parti; ꝑ tertiã huius accipe Nadair Solis; quo in reti notato; ipm illico in lineis horarũ inęqualiũ; horã tpalem diei inuẽcabit; hãc noiabis antemeridianã; primã, secundã, tertiã, q̃rtã, aut quintã. Si horã ęq̃lẽ diurnã ante meridiẽ obseruasti; aut sextã, si Sol in meridie inuẽtus duodecimã ęq̃lẽ signauerit. Septimã vo dices aut octauã, nonã decimã vndecimã vel duodecimã, si æqualẽ diurnã post meridiẽ obseruasti. Q; si Nadair Solis ĩ lineã horariam ꝑcise ceciderit; completã horã ꝓm nũeri ascriptionẽ dicito & seq̃ntem exordiri. Si vero Nadair sup intercapedinem duaꝝ linearꝝ ceciderit; linea ꝑcedẽs horã cõpletã & ꝑfectã pandit; sequẽs aũt fluentẽ & imꝑfectã.

EXEMPLVM

¶ Hui⁹ ꝓpositiõis tale subiungit exemplũ. Sit sol ꝓposito die puta, 31, Marcij in, 20, gradu, Arietis. Iubeor hora nona æquali antemeridiana ꝑ sextã supputata; explorare horã inæqualẽ. pono gradũ Solis in reti inuentũ; adiumẽto ipsius Almuri in directũ ꝓpositę horæ nonę & signo Nadair Solis scilicet, 20 gradũ libre. Quod cadit in spatio duaꝝ linearꝝ inęqualium horaꝝ scilicet inter tertiã & quartã. Dico igitur tertiã horã tpalem (que in hoc exemplo antemeridiana diurna est) transisse; & quartã fluere atq; labi.

Propositio Vigesima secũda. Secũde ꝑtis.

Horã inequalẽ nocturnã breuiter cognoscere. ¶ Per decimã h⁹ disce horã ęq̃lẽ nocturnã. Grad⁹ itaq; Solis ĩ limbo ęq̃lem horã indicãs. Idẽ in lineis horarijs tpalib⁹; inęqualẽ ostẽdit. Quę dr̃ nocturna prima, 2, 3, 4, aut, 5, si ęq̃lis ante meridiẽ noctis repta fuerit, aut sexta si Sol lineã medię noctis duodecimã nũciãs accesserit. Septiã vo, 8, 9, 10, 11, aut, 12, si ęq̃lis hora post noctẽ mediã obꝑuata fuerit. ¶ In sũma; horę tpales diei incipiũt ab ortu Solis & finiũt se in occasũ & ĩuestigant ꝑ Nadair Solis. Nocturnę aũt inchoãt ab occasu Solis & terminãt se in ei⁹ exortũ & inquirũtur ꝑ gradũ Solis. Sũt etiã tã diei artificialis q̃ noctis, 12, horę tpales nõ plures nec pauciores.

EXEMPLVM.

¶ Ih exẽplo resumat Loc⁹ solis scilicet, 20, grad⁹ Arietis ꝓpositiõis ãtecedẽtis. Et offert mihi hora, 2, ęq̃lis post mediũ noctis. ꝑcipior nũerare inęq̃lẽ rn̄dentẽ ęq̃li. Iũgo gradũ Solis horę ęq̃li ꝓposite & idẽ gradus statim indicat mihi horã octauã inęqualẽ cõpletam & nonã initiatã fluentẽq;.

Propositio Vigesima tertia. Secunde partis.

Arcũ equatoris et longitudinẽ hore inequalis de die & nocte artificialis dimetiri. ¶ Grad⁹ ęq̃toris q̃ in vna hora tẽporali ꝑ oriunt dicunt arc⁹ aut portio hore inęq̃lis. Qui in tp̃s (vt assolet) redacti lõgitudinẽ vni⁹ horę inęq̃lis manifestãt. Si igit ad certũ diẽ oblatũ arcũ æqnoctialis hore inæq̃li diurnę correspõdentẽ scire volueris; ꝑ duodecimã hui⁹ elice arcũ diei artificialis; quẽ ꝑ, 12, partire; & in ꝓtiente babebis nũeꝝ graduũ horę diurnę tpalis & si aliq̃d manebit residuũ; id mltiplica ꝑ, 60, & diuide ꝑ, 12, vt pri⁹, & colliges in quo

tiente minuta grad', idest fractiões arcus hore inęq̃lis vltra grad' integros. Hi igit' gradus & minuta p hmõi diuisionẽ iuẽta dicunt' portio aut arcus ęq̃toris horę inæqualis. Quẽ si a, 30 gradib' subtraxeris residuabis arcũ horę tpalis nocturne. Et est trõ q̃rea, 30 gradib' subtrahit' qa arcus horę inæq̃lis diurne cũ arcu horę inęq̃lis nocturnę oi die faciũt, 30, grad', q in, 2, horas inæq̃les resoluunt'. ¶ Inuenies etiã aliter arcũ horę inæq̃lis nocturnę secãdo arcũ nocturnũ p duodecimã hui' ęptũ, p, 12, opando quẽ admodũ iã de iuentiõe arcus horarij diurni docuimus. ¶ Idẽ aliter & breui': p arcu horę diurnę inęq̃lis extrahẽdo: pone Nadair Solis sup lineã horariã inęq̃lẽ quã volueris, & p tem quã denotauerit Almuri in gradibus limbi signa pũcto post admoue Nadair sequẽti lineę horarię & ad denotationẽ Almuri iterũ fac punctũ in gradib' limbi. Deinde nũera gradib' limbi his pũctis interceptos & habebis arcũ ęq̃toris vni' horę inæq̃lis diurne. Nõ aliter opare cũ gradu Solis sicut fecisti cũ Nadair, p arcu hore tpalis nocturne elicíẽdo. ¶ Arcũ p̃terea eq̃toris horę tpali respõdentẽ siue sit diurnus siue nocturn' cõuerte in tps hoc mõ, da cuilibet gradui 4, minuta tpis: & si sũma minutorũ ĩ 60, vl' vltra euaserit, p, 60, ablatis: scribe vnã horã relicta' suo loco dimissis: & colliges lõgitudinẽ vni' hore inequal'. Vl' distribue q̃ntitatẽ diei: aut noctis p, 12, & idẽ eueniet. ¶ Ex his facile liquebit horas tpales nõnũq̃ęq̃ nocturnales excedere & qñq̃ illas his minores existere. ¶ Omitto ppt' plixitatẽ exẽplũ prime ptis h' ppositiõis. Secd'e aũt h' sume. Repetant' dies grad' solis & ei' nadair ppositiõis vigesime prime, volo elicere arcũ ęq̃toris vni' horę tpalis diurne, pono nadair Sol', sc, 20, gradũ libre sup lineã horæ sexte inęq̃l' (& h' gra lucidioris itelligẽtie) & ad sitũ Almuri pũgo notã in gradib' limbi & est directe ĩ linea medię noctis. Deinde trãsfero nadair ĩ lineã horę septẽie & iterũ pingo notã ĩ limbo ad sitũ Almuri. Supputo grad' his notis interfectos: & habeo, 16, gradus & $\frac{1}{2}$, idest semigradũ. Ecce arcus ęq̃toris hore inequalis diurne. Quẽ a, 30, demo & residuo, 13, gradus, & $\frac{1}{2}$, arcũ hore nocturnæ. Cõuerto arcũ horæ diurne in tpus & colligo, 1, horã & 6, minuta, ecce lõgitudo horę diurne tpalis maior hore equinoctiali. Cõuerto etiã arcũ horę nocturne in tẽpus & colligo, 54, minuta horæ æquinoctialis. Longitudinẽ horæ nocturnæ inæqualis minorẽ hora æquinoctiali.

EXEMPLVM

Propositio Vigesimaquarta. Secũde partis.

Nota ps hore tpalis incõplete transiuerit dermiare. ¶ Sep' cũ q̃rit' hora tpalis: grad' Sol' aut ei' Nadair nõ pcise cadit sup lineã horariã tpalẽ ĩ astrolabio descptã sed ĩ spatiũ int' duas lineas horarias cõtẽtũ: tũc em tal' hora ẽ fluẽs & ĩcõpleta. Et si scire volueris q̃ta ps ipsi' sit ela psa, sc, an medietas, tertia, q̃rta, qnta, aut sexta ps: tũc nõ mouẽdo almuri nota locũ almuri ĩ margine. Deinde moue nadair solis si est in die vel gradũ Solis si est in nocte ad initiũ illius horæ & iterũ signa almuri. Postea cõputa gradus in limbo inter primã notã & secundã fm motũ almuri & eos memorie cõmenda. Cõseqnter transfer Almuri ab initio horæ vsq̃ in finẽ ipsius & iterũ signa locũ Almuri. Quo facto vide quot gradus sint inter secdam & tertiã notã: qa ipi sũt arc' vni' horę inæqual', & quõ se habet numer' graduũ int' primã & secdam notã rept' & mẽoriæ cõmẽdat' ad nũer' toti' horę sic se habet pars horæ transacte ad totã horã. ¶ Verbi grã: resumatur exemplum, 22°, p positionis vbi Nadair Solis horã temporalẽ indicans fuit repertũ in interstitio tertie

EXEMPLVM

& quarte lineam horariam inæqualiũ; admoueo ipsi Nadair Almuri & noto limbũ. Deinde reduco Nadair & Almuri ad initiũ tertie lineæ; & iterꝰ noto limbũ adde notationẽ Almuri. Numero gradus his notis interpositos & habeo fere, 5, quos memorię cõmendo. Per vigesimã tertiam aũt capio arcũ vnius horę inæqualis scilicet, 16, gradus & dimidiũ. Cõfero igitur, 5, gradus ad, 16, & sunt quasi pars tertia; & dico tertiã partem de hora quarta, currẽte pene elapsam, q̃ in tpe, 20, fere minuta facit. ¶ Potes totum negociũ absoluere p tempus; resoluẽdo, 5, gradus in, 20 minuta, hore, & arcũ horariũ scilicet, 16, gradus & $\frac{1}{2}$, in 66, minuta tpis, & in promptu videbis tertiã propemodum partẽ hore quarte tẽporalis transisse, quod fuit determinandũ.

Propositio Vigesima quinta. Secũde partis.

HOras equinoctiales in tẽporales aut cõtra reducere. ¶ Considerandũ erit; horas æquinoctiales siue æquales: hic per quartãdecimã huius ab ortu aut occasu Solis esse numerãdas. Nec ab re; nã & tpales siue inæquales aut a principio diei aut noctis supputant. ¶ Horas igitur æq̃les ab ortu aut occasu Solis nũeratas multiplica, per, 15, & erũt gradus & si cũ illis fuerint minuta, p quibuslibet q̃tuor minutis accipe gradũ; & adde cũ prioribus gradibus; & totũ diuide p quantitatẽ, idest arcũ vnius hore inequalis; & numerus quotiẽs ostẽdit tibi horas inequales; & si aliquid fuerit residuũ; id multiplica per, 60, & diuide per idẽ vt prius & habebis minuta horis inæqualibus iungẽda. ¶ Si vero horas inæq̃les cupis reducere ad æquales tũc nũerũ horarũ inequaliũ multiplica p arcũ vni horę inæqualis & productũ diuide per, 15, & exibũt horę equales. Residuũ vero diuisionis si fuerit multiplica per, 60, & pductũ diuide per, 15, vt prius, & pdibunt minuta quæ debent iungi horis æqualib. ¶ Exemplũ breue; pponatur hora, 11, equalis ante meridiana, & supponat ortus Solis hora, 5, per ppositionẽ decimã quintã video, 6, horas æquales ab ortu Solis trãsisse. Quas in tẽporales cõuertere iubeor. Eas multiplico p, 15, grad & exibũt, 90, gradus. Supponat cõsequẽter q̃ arcus horę tẽporalis diurnus sit, 17, graduũ. Diuido igitur, 90, per, 17, & habeo in quotiẽte, 5, horas tpales & remanẽt, 5, gradus, q̃s multiplico p, 60, & pueniũt, 300, minuta q̃ sist p 15, partiũt & pdibũt in quotiẽte, 17, minuta, q̃ horis appono, & dico quintã horã tẽporalẽ diurnam transactã & cõpletã, & de sexta incõpleta; fluxisse, 17, minuta. Exemplũ vero reductionis horarum inæqualium in æquinoctiales quia facile est. Ideo transeo.

EXEMPLVM.

Propositio Vigesima sexta Scõde partis.

HOras equales & inequales in dorso astrolabij dicto citius indagare. ¶ In dorso nri instrumẽti fabricauim horariũ per quod horas diurnas equinoctiales & temporales hoc pacto facile discernas; ad diẽ ppositũ p septimã hui addisce Solis altitudinẽ meridianã; q̃ in q̃rta altitudinis dorsi a principio Arietis numerata fini ei adde alhidadã; & vbi linea hore, 12, aut quod idẽ est sexte secat lineã fidei ipsius alhidade; ibi fac notã in alhidada cum atramento; cera aut alia re, & hanc notam si libuerit seruabis ad biduũ vel triduum quia in

terea notabiliter nõ variat. Deinde Sole radiante cape eius altitudinẽ quã per quintã huius ante aut post meridianã cognosces. & Alhidada in altitudine inuẽta durãte tantim nota. In horarijs lineis horas indicabit. Equalem quidẽ in lineis horarꝫ æqualium & inequalem in lineis tẽporalibus. Quas ꝑ altitudine Solis ante aut post meridianas proclamabis. ¶ In exemplo facilius forsitan accipies. Sit Sol. 31. die Marcij in. 20. gradu Arietis ꝑ septimã elicio altitudinẽ meridianã. 49. fere graduũ. Qua in quarta altitudinis numerata. Fini numeratiõis iungo alhidadã: & pingo in ea notã in parte qua ipsa lineã duodecimã aut sextã intersecat. Postea quãdo placuerit accipio altitudinẽ Solis quã gra exempli reperio. 26. graduũ & ante meridianã: durante igitur Alhidada in hac reperta altitudine nota in lineis horarijs æqualibus indicat mihi horã octauã antemeridianã completã & nonã in re parua initiũ sumpsisse. Itẽ eadẽ nota in lineis horarum inæqualiũ ostendit mihi secundã tpalem perfectã: & de tertia currente tertiam propemodũ partem abijsse. Ecce breuem & facilem horarꝫ inuentionem. EXEMPLVM.

Propositio Vigesima septima. Secũde ptis.

DE horis tpalibus nõnullæ notatu digna subiungere. ¶ Veteres horarꝫ temporaliũ precipui obseuatores (vt testis est Hermes Trismegistus) fuerũt Babylonij: qui dominiũ planetarum per horas cognitũ tanctꝫ quoddã secretũ paucis ostẽdebãt. Diẽ em quẽcunctꝫ ac etiã noctẽ in duodenas partes fregerũt: quas planetarꝫ horas appellabãt & eorꝫ gubernamẽto dicauerunt. Denoiabant etiã dies septimanæ a planeta qui prima huius diei hora dominatũ habet vt diẽ Sabbati a Saturno omniũ sumo. Dñicũ a Sole. Secundã feriã a Luna Tertiã a Marte. Quartã a Mercurio. Quintã a Ioue & Sextã a Venere. Has septenorũ dierũ nominationes ex his metris facile addisces.

Prima dies phœbi sacrato nomine fulget.
Vendicat & lucens feriam sibi Luna secundam.
Inde dies rutilat iam tertia Martis honore.
Mercurius quartam splendentem possidet altam
Iupiter ecce sequens quintam sibi iure dicauit.
Concordat veneri magno cum nomine sexta.
Emicat alma dies saturno septima summo.

Affirmabãt ꝑterea Babylony planetas successiue & debito seruato ordẽ ꝑ horas diurnas & nocturnas dñari. Quorꝫ ordinatio hæc est Saturnus. Iupiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna. Vnde metrice dicitur.

Post sim sum vltima Luna subeit.

Babylonios secuti sũt plures astrologi viri doctissimi: & ꝑcipue Bethẽ q de horis planetarꝫ ꝑpriũ cõposuit tractatũ. Cui principiũ est. Cum fuerit hora Saturni &c. ¶ Si igit scire libet cui planetæ debeat q̃libet hora ꝑposita scias in primis ex sup̃ notatis cuius planetę sit dies p̃sens. Quo cognito addisce p astrolabiũ horã tpalẽ. Deinde diem planetæ q̃re in capite tabellæ inferius exposite: & horã diurnã tpalem in prima linea numeri laterali. Nocturnã vero in eadem & sequeuti linea ꝑ numerũ litteralẽ. & in cõmuni angulo diei & hore Planetam hore dñm inuenies. Poteris etiã in articulis digitorꝫ planetã ꝑposite horę gubernatorem supputare: sed quia huiuscemodi res pene vulgata est: transeo.

Secunda pars

Tabella gubernamenti Planetarum.

	Hore Diei	Hore Noctis	Dies Solis Dominicus	Dies Lune Secda feria	Dies Martis Tertia feria	Dies Mercu. Quarta feria	Dies Jouis Quita feria	Dies Veneris Sexta feria	Dies Satur. Sabbatum.
	1	III	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	2	IIII	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
	3	V	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	4	VI	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	5	VII	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
	6	VIII	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
	7	IX	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
	8	X	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	9	XI	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
	10	XII	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	11		☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	12		♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
Hore Noctis	I		♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
	II		♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽

¶ Cæterũ Prisci insignes philosophi astrolabij expositores: puta Nicephorus Messahalla: Hermannus & alij cõplures primarias institutiões de inuẽtiõe horæ tpalis in eorũ cõmẽtarijs nobis reliquerũt. Qui etiã tpales horas negotijs eorũ p agẽdis absoluendisq; aptauerũt. Immo (vt Hermanni cõtractus testat) diuina officia tpalibꝰ horis adaptata fuere. Idẽ em̃ tractatu scdo de vtilitate astrolabij in capto de Cõcipiẽda Solis altitudine: postq; docuit inuenire horã tpalẽ aut inæqlem p Nadair Solis: in calce capti. ita inquit. Hoc quidã dignissimũ ad diurnũ horarũ celebrandũ officiũ & p nimiũ ad sciẽtiam vtilæ esse videt. q̃nto gratius & decẽtius cũcta pcedũt: dũ cũ sũma reuerẽtia debitis horis sub regula iusti iudicis q in nullo vult falli vicissitudinis obumbraculo dñica ministeria cõueniẽter peragũtur. ¶ Præterea horologia solaria vetustorũ artificũ horas tpales & nõ eqnoctiales indicauerũt qd liqdo cõstare poterit ex horario syenensi. De q Macrobius ita loquit. Ciuitas aũt Syene q̃ puincie thebaidos post superiorũ montiũ deserta principiũ est: sub ipso estiuo tropico constituta est & eo die q Sol certã ptẽ ingredit Cãcri: hora diei sexta (qm̃ tũc Sol supp ipm inuenit verticẽ ciuitatis) nulla potest illic in cæteris de quolibet corpore vmbra iactari: Sed nec stilus hemispherij monstrantis horas q̃q gnomona vocant tunc de se potest vmbram creare & hoc est quod Lucanus dicere voluit nec tamen plene vt habetur absoluit. Dicendo enim atq; vmbras nunq̃q flectente syene: rem quidam attigit sed turbauit verum nõ enim nunq̃q flectit sed vno tempore &c. Ex verbis Macrobij facile liquet horologium hoc: pro horis inæqualibus monstrandis fuisse confectum quod breuibus ita infertur. Sol existens circa principium Cancri tempore meridiano ciuitati Syeni verticalis est: & iam

Libro. 2. de somn. sci.

Scdo phar.

medietatē diei artificialis cōpleuit. Dies aūt estiu⁹ ob id qd in principio Cācri inuenit maxim⁹ est, scz. 13. horarū & 30. minutorū. Cui⁹ medietas est fere. 7. horarū equinoctia liū. Sole g existētē in meridie & supputatis horis eqlibus ab exortu vticq septīa & non sexta esset numerāda cui⁹ cōtrariū dicit Macrobius. Sed ex q hora sexta in eqlis semp meridiē tenet; & horologiū eandē indicauit directe in meridie; cōsequēs est horarias lineas p inæqlibus & minime æqualibus inscriptas fuisse. ¶ Nō aliter videt mihi sentiendū de horologio Achas regis Iuda. De quo quartus regū Vicesimo. & secundus Paralip. 32. & Esaias. 38. Memorāt. qd p assertōe doctissimorū mathematicorū ad horas inæquales elaboratū fuit; quod latius exponere modus tempus nō est; & ne temerarius aliene messi falcem imittere videar. ACHAS

Propositio Vigesima octaua. Secūde ptis.

Quattuor celi angulos vtiliter perscrutari.

¶ Hæc p̄positio p̄ambula & p̄pemodū isagogica est in duodenariā celestiū domiciliorū partitionē de qua seqntibus p̄positiōib⁹ abunde dicem⁹ & nisi me veterū astrologorū autoritas cōpulisset q eā inter initiales pene institutiōes de vsu astrolabij determināt p̄fecto ipam Imp̄sentiarū silentio p̄terissem. Obseruandū igit q cœlū ocissime motū ad circulos ei extrinsecos Horizontē & meridianū relatū p omi instāti; fm alias & alias ei⁹ ptes in qttuor distribuit principales portiones. quas aut angulos aut cardines appellam⁹ scz ortū; occasum; mediū cœli; & imū cœli. Ortus gradus ascendēs aut horoscop⁹ est pars illa Zodiaci q in horizōte exortiuo primum emergit. Occasus aut gradus occidēs est ps illa cœli q in horizōte occiduo demergit. q semp (vt facili⁹ intelligas) gradui ascēdenti diametraliter opponit. In q cunq em signo gradus ascendēs fuerit inuētus in signo & gradu oppositis occasus constituit. Mediū cœli aut gradus medij cœli ps est signiferi q in linea meridiei aut in circulo meridiano sup terrā locat. Imū cœli aut gradus mediæ noctis aut angulus terre ps est Zodiaci in linea medie noctis aut meridiano circulo sub terra inuēta q etiā gradui medij cœli adueria ac eregione obijcit. Hę ptes sunt cœli qttuor anguli aut cardines; qs diligēti debemus rōne colligere vt astrologica iudicia verissimis p̄nūciatiōibus explicem⁹. ¶ Si igitur ad quodcūq tps p̄sens p̄teriū aut futurū oblatū qttuor cœli cardines determinare volueris. Ad idē quere gradū Solis p secūdā huius. quo (vt fit) in reti signato; numera tēpus p̄positū p horas & minuta in margīe astrolabij & fini adde Almuri & gradū Solis in reti signatū & gradus signi q cadit sup primū almicātharat ex parte orientis. idest sup horizontē exortiuū ille est horoscopus aut gradus ascēdens ad tēpus oblatū. & q ex opposito cadit sup primū almicantharat ex pte occidentis. idest sup horizontē occiduū est gradus occidēs aut occasus. Qui ⁊o in linea meridiana cōstituitur gradus est medij cœli & ex aduerso in linea mediæ noctis repertus; imū cœli aut angulus terre noīatur. ¶ GRATIA exēpli. Anno xpi. 1510. currente offert mihi oppositio Solis & Lunę quæ cadet in. 25. diē martij post meridiē hora scda. minuto. 41. lubeor ad tempus oppositiōis iamiā p̄positū inuestigare quattuor cœli angulos. Per secundā huius inuenio Solē in. 14. gradu Arietis; signo locum Solis in reti. Dein sup puto tps oppositionis scz. 2. horas. 41. minuta post meridiē in limbo scz a. 12. hora meridiei & termio iungo Almuri & gradū Solis ipsi⁹ retis. & in horizonte oriētali video

Ortus

Occasus

Medium cœli

Angulus terre

De quattuor cœli cardinib⁹ determināds.

EXEMPLVM

oriri signũ Virginis cum quarto gradu ecce horoscopus aut gradus ascendẽs. In horizonte occidẽtali; in opposito video labi quartũ gradũ Pisciũ; ecce occasus & grad° occidẽs. In lineã meridiei cadit. 26. gradus Tauri. ecce mediũ cœli. Ex aduerso in lineam medie noctis intrat. 26. gradus Scorpij; ecce imũ cœli aut angulus terre.

Propositio Vigesimanona Scde partis.

Solis: Stellarũ fixarũ ⁊ generaliter cuiuslibet gradus Zodiaci declinationẽ cõputare. ¶ Vt facilior huius ꝓpositionis & sequentiũ habeat intellectus prenotandũ nobis est; ꝙ Zodiacus dupliciter imaginat diuidi. Primo ꝓm longitudinẽ in. 12. partes æquales quas signa appellamus puta Aries. Taurus. Gemini &c. Quodlibet signũ in trigenas partes. Vnde conspicuũ est totũ Zodiacũ in. 360. partes quas gradus nominamus distribui; ꝓm hanc particionẽ ab initio Arietis supputamus motus Solis & planetarꝝ & stellarꝝ fixarum. Secundo intelligitur diuidi ꝓm latũ; omnes enim cœlestis spheræ circuli et linea; solus Zodiacus vt supficies imaginat; latitudinẽ habens. 12. graduũ; & ꝓm hanc sumit latitudo stellarꝝ erraticarꝝ & inerraticarꝝ; quæ est distantia earꝝ a via Solis seu a linea ecclyptica. Quã intelligimus diuidere totũ Zodiacũ ꝓm latũ in duas pares portiones. Ita ꝙ ex vna parte relinquat. 6. gradus & ex alia parte totidẽ. ¶ Secatur hæc linea in duos semicirculos; q̃rꝝ vnus est a principio Cancri vsqꝫ in principiũ Capricorni per Libram trãseundo. Alter ab exordio Capricorni in initiũ Cancri per Arietẽ cõputando. Sole em̃ Cancri principiũ adeunte; his qui aquilonẽ habitant Solsticiũ æstiuale maximusqꝫ dies constituitur; ex eo ꝙ capitibus eorꝝ propius non accedit; sed quasi stando incipit deflectere & ab eis ad inferius hemisphæriũ gradiendo sese conuertere. Item Sol in principiũ Capricorni vergens Solsticiũ hiemale & diẽ breuissimũ efficit; quia ab aquilonaribus longissime abit; & iterum pene stans mox ad eos redire incipit.

De diuisione Zodiaci.

¶ Præterea notabimus ꝙ Declinatio est distãtia stellę; planetę; aut gradus signiferi ab æquinoctiali. Et cõputatur in corpore sphęrico in circulo transeunte ꝑ polos mundi & per verũ locum stellę; planetæ aut gradus Zodiaci. Et est duplex septentrionalis. & Meridionalis. Septẽtrionalis est ab equatore versus polũ Arcticũ vel centrum astrolabij. Meridionalis vero ab equatore versus polum antarticum vel circulum Capricorni. ¶ Sed quia æquinoctialis secat lineã eclypticã in principio Arietis & Libre facile infertur Zodiacũ in his principijs nullã habere declinationẽ; in alijs aũt partibus ipsius maior aut minor accidit declinatio; ꝓm ꝙ plus vel minus distãt a prĩcipio Arietis aut Libre. ¶ Nulla etiã Zodiaci pars aut gradus maiorẽ habet declinationẽ cũ ꝫ primus gradus Cancri & primus gradus Capricorni. Et talis hac nostra tẽpestate; est. 23. graduũ &. 30. fere minutorꝝ. Et quãcunqꝫ declinationẽ habet aliquis graduũ Zodiaci tantã habet Sol in tali gradu existẽs. ¶ Nec id ignorandũ est; ꝙ omnes duo gradus æqualiter distãtes ab aliquo duorꝝ Solsticiorꝝ memoratorꝝ æquales habẽt declinationes aut aquilonias aut austrinas & dies artificiales eorꝝ noctes; vmbre & altitudines meridiane Sole in ipsis existẽte sunt æquales. ¶ His p̃notatis ad operationẽ propositę ꝓpositionis hoc pacto procedit. Stellã; Solẽ aut gradũ Zodiaci cuius declinationem scire adoptas pone sup lineã meridiei instrumenti & vide per quot gradus eleuatur ab horizonte inter Almicantharat. & numerũ serua. Deinde pone primũ gradũ

Declinatio.

Arietis aut Libre super eandē lineā meridiei & cōsimiliter vide ipsius altitudinem ab horizonte inter almicantharat & numerꝰ serua: numerꝰ minorē deme a maiori & qd remanserit erit declinatio proposite Stelle, Solis aut gradus zodiaci, Septentrionalis quidē si altitudo stelle aut Solis &c̄, Fuerit maior altitudie Arietis aut Libre, Meridiana aūt si cōtra, scilicꝫ altitudo Arietis aut Libre fuerit maior altitudie stellę aut Sol, &c̄ ¶ Propositiōi nre breue accōmadabit exēplū, Offerō mihi Sol, 28, gradū Arietis, occupās, lubeor, Solis, declinationē nūerare, pono igitur, 28, gradum Arietis, Sup lineā meridiei & video altudinē: meridianā, 52, graduū quā seruo, Item cōsimilit pono principiū Arietis sup eandem lineā & offendo altitudinem, 41, graduū & fere, 20, minutorū, quā etiā seruo, Suhtraho secdam altitudinē quia minor a prima & remanēt mihi, 10 gradus &, 40, quasi minuta, Declinatio Solis Septentrionalis: ex eo q̄ altitudo Solis, maior est altitudine Arietis, ¶ Vel aliter & facilius: siste cacumē stellę, Solē aut gradum zodiaci sup lineā meridianā & vide quot gradus de gradib' almicantharat sunt inter circulū equinoctialē & cacumē stellę aut solē, sume gradū zodiaci Et habes declinationē quæsitā quæ cui' sit ptis septentrionalis aut meridiana ex sup̄ dictis facile addiscitur, In exemplo proponit mihi stella Aldebaran: sisto eius cacumen sup lineam meridianā: & numero a cacumine stellæ sursū vsqꝫ in circulū equinoctialē & inuenio 16, ppemodū gradus declinationē septentrionalē ppositæ stellæ, ¶ Ex his (habito astrolabio rite q̄fecto) diligēs supputator facile inferes distātias triū orbiū aut ciriculorꝰ ęstiui inquā tropici, Equinoctialis & hyberni tropici, Est aūt ab hiberno Solstitio ad ęstiuū vsqꝫ interuallū graduū, 47, vt est ex almicantharat inscriptione cognoscere, Distat nāqꝫ ad septentrionē ab equinoctiali (vt etiā, s̄, notauimus) æstiuū Solsticiū grad', 23, & 30, minuta, & ad Austrū hibernū solsticiū tantundē, Principiū nanqꝫ sumēdo in quouis climate: & notādo almicantharat qd Capricorni ad meridie attingit principiū & rursus secūdū qd Arietis & Libre attingit principia & tertiū qd Caneri attingit principiū, Annūerādoqꝫ interiecta almicantharat inuenies a Capricorno in Arietem vsqꝫ 23 gradus & dimidiū, Ab ariete autē ad Cancrū alios, 23, & dimidium: vt sint a Capricorno in cancrꝰ gradus, 47, quod interuallū signiferi cōtinet obliquitas,

EXEMPLVM

EXEMPLVM

Propositio Trigesima. Secunde partis.

Altitudinē Regionis: Climatis: Oppidi: Loci ve cognoscere,

¶ Latitudo regiōis: climatis aut loci: est distātia ipsi' hoc est puncti verticalis ab æq̄ore circulo: quæ aut versus septentrionem aut meridiē se extendit, Et est semp æqualis altitudini aut eleuatiōi poli septentrionalis supra horizontē: aut depressioni poli oppositi sub horizonte, ¶ Nicephorus græcus de latitudine climatū cognoscēda: doctrinā attulit particularē valde (admiror) scilicet cū Sol Arietē aut Libram ingredi incipit quod solū bis in anno accidere latet neminē, Taceo Solē rarissime tpe meridiano Arietē Librāue ingredi quod tamē Nicephori traditio supponit, Ego aūt huius rei generalē dabo modū, Geographicis nego cijs pfecto vtilē, Talem, In dorso Astrolabij quē admodū supra cōstituimus altitudinem Solis meridianā addisce, Qꝫ si Sol tpe meridiano principiū Arietis aut Libre adierit (quod raro cōtingit) ipsa altitudo meridiana: eleuationē principij Arietis aut Libre, & ex cōsequutiōe æquatoris circuli supra horizontē indicat, Quę a, 90, gradibus

Latitudo Regionis,

ſubtracta latitudinem regionis; climatis aut habitati loci relinquet. ¶ Q⁄ ſi Sol in ſeptentrionali quopiã ſigno inuentus fuerit, Declinationẽ eius ſeptentrionalẽ per propositionẽ antecedentẽ cognoſce; quã a Solis altitudine meridiana ſurripe; & patebit eleuatio Arietis aut libræ atq; ęquatoris. Quæ vt iãiam monuimus a. 90. gradib⁹ ſublata latitudinẽ regiõis & generaliꝗ vniuſcuiuſq; loci quem obſeruatiõis tpe colis pandet. ¶ Q⁄ ſi ſol per meridianũ graditur ſignũ. Declinationẽ eius meridianã per precedentem inuentã altitudini meridiane adde & pdibit eleuatio Arietis aut libre & ex ſequela ęquatoris. Quæ vt iam bis dictũ eſt a. 90. reiecta; latitudinẽ regionis & ceterorꝫ expoſitorum manifeſtabit. ¶ In ſũma igitur habes tres modos latitudinũ inueſtigandarum tempore diurno opportunos, ſcilicet cũ Sol principiũ Arietis aut libræ aut aquilonia ſiue auſtrina ſigna occupauerit. Nõ omniũ exempla ſubiungã ſed ſecũdi dũtaxat qui medius eſt (medio em̃ tutiſſimus ibo) tale accipe exemplũ. Supponat̃ ꝙ oppidum gimnaſij Tũbingen̄, ſit locus habitationis cognoſcendę latitudini propositus Repeto breuiter exemplũ primũ propositionis antecedentis. In quo ponebatur. Sol in. 28. gradu ſigni Arietis & altitudo Solis meridiana. 52. graduum. Item Solis declinatio ſeptentrionalis. 10. graduum. & 40. minutorꝫ. Subtraho igitur declinationem ab altitudine meridiana & remanẽt mihi. 41. gradus. & 20. minuta eleuatio Arietis & ex ſequela equinoctialis oppidi Tũbingen̄. Quam a. 90. gradibus demo & remanebit mihi Latitudo oppidi p̄dicti. ſcilicet. 48. gradus. & 40. minuta quod fuit abſoluendũ. ¶ Nocturno vero tempore; hoc idem; per aliquam ſtellam firmam; tibi cognitã; quę exoritur & occidit; hoc modo abſolues. Obſerua eius altitudinem meridianã nec nõ declinationem ſeptentrionalem aut auſtrinam pro vt negotium poſtulat. quibus habitis operaberis quemadmodum iam ſupra de Sole expoſitum eſt. ¶ Euidentię gratia quero altitudinem meridianam ſtellæ Aldebaran & reperio. 57. gradus. & 20. pene minuta. Inueſtigo etiam eius declinationem quæ per antecedentem propositionẽ inuenta eſt; quaſi graduum. 16. ſeptentrionalis. Subtraho hanc ab illa & habeo. 41. gradus & 20. fere minuta; eleuationem Arietis. Quam a. 90. minuo. & video latitudinem oppidi Tũbingenſis ſupra elicitã ſcilicet. 48. gradus. 40. minuta. ¶ Per ſtellam autem que nec oritur nec occidit ſic operare. Nocte hiberna obſerua eius altitudinem maximam & ininimam. Bis enim meridiano cõiungitur ſcilicet in eius parte ſuperiori vbi altitudinẽ maxima afficitur; & inferiori vbi minima; has altitudines iunge ſimul & totius aggregati medietas eſt Latitudo regionis; au loci obſeruati. Et hoc verum eſt de ſtellis fixis quæ circa polum arcticum rotantur & vltra zenith regionis aut loci obſeruati non euagantur. ¶ In exemplo offertur ſtella Alioth quæ eſt principium Caudæ vrſe maioris; capio per aſtrolabiũ eius altitudinem maximam ſcilicet. 80. fere graduũ Capio etiam minimam. 17. quaſi graduum. Has iungo; & colligo. 97. gradus; quorũ medietas eſt. 48. gradus & 30 fere minuta. Latitudo oppidi obſeruati. ¶ Hæc propositio perutilis eſt; pro inſtrumentis aſtronomicis ad diuerſas habitationes conficiendis. Nam ſcita latitudine ſcitur quot gradibus polus mundi ſupra horizontem cuiuſuis loci aut habitationis proposite extollitur; ſine quorum cognitione inſtrumenta rite componi minime poſſunt.

EVEMPLVM.

EXEMPLVM.

☞ Nota.

Propositio Trigesima prima. Secũde partis.

LOngitudines regionũ: oppidorũ locorũ q̃ notas fieri. ¶ Ex quo in mentione latitudinũ regionũ. Climatũ ac locorum incidimus paucula quedã de eorundẽ longitudine non ab re disserere decreuimus. ¶ Aduertendum igitur q̃ longitudo regionis: oppidi locique est distantia meridiani circuli vnius a meridiano circulo alterius. Et computatur in terra in circulo magno equatori directo supposito: præcipue in ordine ad situm cuiusq̃ regionis: oppidi aut loci distantis ab occidente. Numeratur autem ab occidente versus orientẽ & vt nonnullis placuit a gadibus Herculis sitis in occidente vsq̃ ad columnas Alexandrinas sitas in oriente: quæ distantia est semi circulus continens. 180. gradus. Claudius autẽ Ptolemeus omniũ in geographia clarissimus principiũ sumit in occidente ab Insulis fortunatis sitis in mari occidentali: quod sinus hespericus appellatur & terminat in oriente in Sinarꝝ regionem Metropolim Thyne aut oppidum Serapa. De hac lõgitudine regionũ oppidorꝝ &c. Diffuse tractat memoratus Ptolomeus. & sic dicimus Nouiũ habere longitudinẽ. 6. graduũ &. 10. minutorꝝ. tm ẽ distat ab occidente. Toletũ habere longitudinẽ. 10. graduũ. Parhisiũ. 24. graduũ. 30. minutorum. Agrippinã. 28. graduũ. 40. minuta. Argentinã. 28. graduũ. 50 minuta. Ganodurũ. 29. graduũ. 30 minuta. Romã. 36. graduũ. 30. minuta. Bizantiũ. 56. grad. Alexãdria. 60. graduũ. 30. minuta. Bathinã & Chorodnã. 90. graduũ. distãtes ab occidente & oriente ęqualiter. ¶ Metiturus itaq̃ oppidorꝝ aut regionũ distantiã fm longitudinẽ: addisce: per tabulas eclypsium oppidi alicuius notæ longitudinis: initiũ eclypseos Lunaris. & in alio oppido cuius longitudo tibi ignota fuerit obserua per astrolabiũ principium eiusdẽ eclypsis. Q̃ si initiũ eclypsis ex tabulis oppidi noti supputatũ: & principium eiusdẽ oppidi ignote longitudinis per astrolabiũ obseruatum. in horis & minutis cõcordauerint: cõcludas ambo oppida eandẽ habere longitudinẽ: & vnũ meridianum. Ita q̃ inter ipsa nulla est distantia longitudinis. Si autem initiũ deliquij Lunaris per astrolabium obseruatũ fuerit plus in horis & minutis q̃ initiũ per tabulas computatum: aut cõtra: infer ea oppida diuersos habere meridianos: & diuersam longitudinem. Quã sic cognosces. Subtrahe numerũ horarum & minutorꝝ minorẽ a maiori. & id quod remanserit dicitur differentia temporis vnius oppidi ab alio Accipe igitur pro qualibet hora. 15. gradus. & pro quibuslibet quattuor minutis temporis. 1. gradũ & pro quolibet minuto. 15. minuta. gradus. tandẽ adde gradus gradib⁹ & minuta minutis & collectum longitudinẽ oppidorum propositorum indicabit. Cum autẽ nullas oppidorum tabulas habueris: tunc te in vno oppido & socio tuo in alio existentibus principia eiusdem eclypsis Lunaris per astrolabia debent obseruari. Quibus habitis operare vt prius. ¶ Nec id silendũ est. Illud oppidum orientalius esse alio cuius principium eclypseos in tempore maius est repertum: & generaliter longitudo maior oppidi vnius respectu longitudinis minoris oppidi alterius orientalitatẽ manifestat vt in exemplo. Toletum habet in longitudine. 10. gradus. Bizantiũ. 56. Dico Bizantium orientalius esse Toleto quia eius longitudo maior est. ¶ Iam propositioni nostre exemplaris computatio subijcienda est. Anno christi. 1504. currente bissextili. 29. die mensis Februarij. post meridiem. Luna deliquio vniuersali affecta est. Supputaui ex tabulis & radicibus Toletanis per Alphonsum verificatis principium huius deliquij quod inueni. In Toleto post meridiem prædicti diei hora. 10. minuta fere. 27.

Longitudo Regionis.

EXEMPLVM.

Obseruaui etiam per astrolabium idem deliquiũ in oppido Vlmensi mihi quãtum ad longitudinẽ incognito, & offendi eius initiũ post meridiẽ, hora, 11, minuto quasi, 49, Subtraxi tẽpus minus a maiori & remansit mihi, 1, hora, 22, minuta, Differẽtia tẽporis dictorꝫ oppidorꝫ, Dedi, 1, horę, 15, gradus, & 20, minutis, tẽporis, 5, gradus, & 2, minutis, 30, minuta, gradus, & collegi, 20, gradus, & 30, minuta, Distantiã longitudinis inter Toletũ & Vlmã, sed quia Toletũ vt Ptolemeus testis est distat ab occidente aut insulis fortunatis, 10, gradibus, Cõclusi Vlmã ab eodẽ occidente versus orientem distare, 30, gradibus, & dimidio, Est igitur longitudo oppidi Vlmensis, 30, graduũ &, 30, minutorꝫ quod fuit optatũ. ¶ Verũ per germaniã in opere Ptolemei plures locorꝫ latitudines & longitudines, debitos nũeros minime habere satis cõpertũ est stabimus tamẽ cũ Ptolemeo vsq; dũ emendatior germanię, pdibit descriptio ¶ Nolo etiam optime lector vt credas locorꝫ longitudines nõ aliter q̃ p eclypses posse obseruari; sunt em̃ & alie harꝫ rerꝫ sciendarꝫ vie; sed vt oĩbus astrolabij nostri vsus multifarius appareret per eclypses easdem venari libuit,

Propositio Trigesima secũda, Secũde partis.

Miliaria inter duas regiones aut oppida dimetiri, ¶ Contuendum q̃ regionũ aut oppidorꝫ distantia aut est in latitudine tantũ, aut longitudiẽ aut i latitudine & longitudine simul, ¶ Si igitur in latitudine solũmodo distant & eorꝫ mensuram terrestrem nosse anhelas; subtrahe latitudinem vnius a latitudine alterius; & videbis gradus quos differentiam latitudinem nominamus; quos multiplica per, 60, miliaria italica; aut alemanica, 15, cõmunia aut, 12, sueuica quo facto distantia eorundem oppidorum aut regionum in promptu erit, ¶ In exẽplo obseruatiõe Ptolemei, Roma & Ancona in longitudine ęqntur, Differunt tamen latitudine quia Roma, 42 fere gradus, Ancona autem, 44, obtinet, Demo latitudinem minorem a maiori & habeo, 2, grad, differentie latitudinum quos multiplico per, 60, & colligo, 120 miliaria italica aut p, 15, & habeo, 30, alemanica cõmunia; aut per, 12, & congrego, 24, sueuica, Idem iudicium de alijs, Ex hoc infertur illud generale q̃ singulis gradibus latitudinum correspondent equalia miliaria in terra siue sint Italica, Alemanica, Gallica aut cuiusuis alterius nationis, ¶ Sin autẽ oppida sola longitudine differũt iam exposita forma terrestris mensuræ nõ satisfacit, Nisi sub circulo ęquinoctiali & fere vsq; in latitudinem, 18, graduum vtrinq;, Secus nusq; gentium veritatem habet; quanto enim magis ab equinoctiali ad arctos gressum dirigimus eo magis spatium terrestre vni gradui correspondens minui compertum habemus fm parallelorum & tractuum terre diminutionem & propter meridianorum circulorum in polis mundi concursum, Quapropter oppidorꝫ & locorum distãtias tabulari computatione absoluere decreuimus, hoc modo, Oblatis duobus oppidis longitudine dũtaxat distantibus, Latitudinẽ eorundẽ in Tabula subiũcta in prima linea (q̃ incipit ab, 1, & finit in, 80,) sub titlo Grad' latitudinũ; diligẽter iuestiga & e directo offendes miliaria aut Itala; aut Alemanica; cõia; aut sueuica; vni celesti gradui

EXEMPLVM.

prope verũ ſm ſitũ oppidorꝝ reſpondẽtia: pro libito igitur tuo ea elige quib⁹ ad tuum ꝓpoſitũ vti volueris. Deinde elice oppidorꝝ differentiã in gradibus Longitudinum. quã multiplica per miliaria electa vni gradui cõueniẽtia & habebis oppidorꝝ diſtantiam pro eorꝝ ſitu: ſm longitudinẽ & optato potieris. ¶ Sit pro clariore intellectu exemplũ tale. Corrodunũ nũc Cracouia & Amiſia nunc Marckpurgiũ. Ptolemeo aſſerente eandẽ habent latitudinẽ. 51. quaſi graduũ. Diſtantia ſolũmodo longitudĩe quia ſm eundẽ Amiſia. ideſt Marckpurgiũ cõtinet. 31. graduũ. 30. minuta. Corrodunũ aũt. ideſt Cracouia. 42. grad⁹. 40. minuta. Subtrahо longitudinẽ minorẽ a maiori & habeo. 11. pene gradus differentiã longitudinũ. Ingredior tabulã cũ. 51. gradibus latitudinis & inuenio in miliaribus cõmunibus (quæ impræſentiarũ eligo). 10. miliaria vni gradui ꝓ huiuſmodi ſitu reſpondẽtia: quæ multiplico in. 11. gradus differentiã longitudinum: & colligo. 110. miliaria cõmunia: diſtantiam menſuræ terreſtris oppidorum propoſitorum.

EXEMPLVM.

	Lon°	Lati°
Lubecum.	35.	56.
Dantiſcũ.	45.	56.

TABVLA MILIARIVM LONGITVDINVM REGIONVM ET OPPIDORVM

Secũdũ diuerſos Paralellos et Terre tractus.

Alemanica.							Alemanica.					
Gradus Latitudinũ	Miliaria Italica	Miliaria Cõmunia	Partes	Miliaria Gallica	Partes		Gradus Latitudinũ	Miliaria Italica	Miliaria Cõmunia	Partes	Miliaria Gallica	Partes
1	60	15	0	12	0		41	47	11	3/4	9	1/4
2	60	15	0	12	0		42	47	11	3/4	9	1/4
3	60	15	0	12	0		43	46	11	1/2	9	1/4
4	60	15	0	12	0		44	45	11	1/4	9	0
5	60	15	0	12	0		45	44	11	0	8	3/4
6	60	15	0	12	0		46	44	11	0	8	3/4
7	60	15	0	12	0		47	43	10	3/4	8	1/2
8	60	15	0	12	0		48	43	10	3/4	8	1/2
9	60	15	0	12	0		49	42	10	1/2	8	1/4
10	60	15	0	12	0		50	41	10	1/4	8	1/4

Sequitur continuatio illius Tabule.

Residuum Tabule precedentis.

Alemanica.

Gradus Latitudinũ	Miliaria Italica	Miliaria Comunia	Partes	Miliaria Germanica	Partes
11	60	15	0	12	0
12	59	14	¾	12	0
13	59	14	¾	11	¾
14	59	14	¾	11	¾
15	59	14	¾	11	¾
16	59	14	¾	11	¾
17	59	14	¾	11	¾
18	59	14	¾	11	¾
19	58	14	½	11	½
20	58	14	½	11	½
21	58	14	½	11	½
22	58	14	½	11	½
23	57	14	¼	11	¼
24	57	14	¼	11	¼
25	57	14	¼	11	¼
26	56	14	0	11	¼ q̃ı
27	56	14	0	11	¼ q̃ı
28	55	13	¾	11	0
29	55	13	¾	10	0
30	54	13	½	10	¾
31	54	13	½	10	¾
32	53	13	¼	10	½
33	53	13	¼	10	½
34	52	13	0	10	¼
35	52	13	0	10	¼
36	51	12	¾	10	¼ q̃ı
27	50	12	½	10	0
38	50	12	½	10	
39	49	12	¼	9	¾
40	48	12	0	9	½

Alemanica

Gradus Latitudinũ	Miliaria Italica	Miliaria Comunia	Partes	Miliaria Germanica	Partes
51	40	10	0	8	0
52	39	9	¾	7	¾
53	38	9	½	7	½
54	37	9	¼	7	¼
55	36	9	0	7	¼ q̃ı
56	35	8	¾	7	0
57	34	8	½	6	¾
58	33	8	¼	6	½
59	32	8	0	6	¼
60	31	7	¾	6	¼ q̃ı
61	30	7	½	6	0
62	29	7	¼	5	¾
63	28	7	0	5	½
64	27	6	¾	5	¼
65	26	6	½	5	¼ q̃ı
66	25	6	¼	5	0
67	24	6	0	4	¾
68	23	5	¾	4	½
69	22	5	½	4	¼
70	21	5	¼	4	¼ q̃ı
71	20	5	0	4	0
72	19	4	¾	3	¾
73	18	4	½	3	½
74	17	4	¼	3	¼
75	16	4	0	3	¼ q̃ı
76	15	3	¾	3	0
77	14	3	½	2	¾
78	13	3	¼	2	½
79	12	3	0	2	¼
80	11	2	¾	2	¼ q̃ı

Q, si duarũ regionũ aut oppidorũ longitudine & latitudine differentium: spatiũ terre interiacens geometrica mensura scire optaueris. Latitudines eorꝝ p̃ ꝓpositionẽ. 30. inuẽtas cõsidera: & minorẽ a maiori deme. residuũq; qd̃ differẽtia latitudinis dicit̃ seorsum serua. Lõgitudines eorꝝ p̃ propositionẽ. 31. repertas itidem aĩaduerte: & iterũ p̃ subtractionẽ minoris a maiori differentiã addisce: q̃ differẽtia lõgitudinũ appellat̃. Vtrasq; differẽtias tã latitudinis q̃ lon

gitudinis quadrate mltiplica, idest in se duc vel multiplica & multiplicatione ꝓcreata simul aggrega, idest adde: & aggregati q̃re radicẽ quadratã: quã multiplica aut p miliaria Italica, scz, 60: aut alemanica cõmunia, 15, aut sũtonica, 12, & ꝓductũ mensuram terrestrẽ in miliarib⁹ duar̃ regionũ aut oppidor̃ manifestabit. ¶ Hæc veterũ doctrina de diuersa regionũ & oppidor̃ latitudie & lõgitudie loq̃ns: facit cõputationẽ distãtiarum ꝓm lineã diagonalẽ q̃ aut quadrati aut quadrãguli diametri noiatur: & nisi rite accipiat̃ in magnũ nos abducit errorẽ. Cũ gradus longi^{m} cũ gradibus latitudinũ solũmõ sub ęquatore aut ei⁹ vicinia vt s̃, exposuim⁹, eandẽ seruet mẽsurã, alias gradib⁹ lõgitu^{m} ꝓsus vtrunq̃ polũ vbiuis diminutionẽ patiẽtib⁹. ¶ Circa eqnoctialẽ igit̃ hęc doctrina vsq̃ ĩ latitudinẽ fere, 18, graduũ satis quadrat. Quare eandẽ exẽplis lucidiorẽ reddã. Primũ generale: sit A oppidũ hñs in lõgitudie, 30, gradus, & ĩ latitudie septẽtrionali, 2 gradus, B, vbi sit aliud oppidũ hñs ĩ lõgitudie, 38, grad⁹ & in latitudie septẽtrionali, 8, grad⁹. Iubeor metiri eor̃ distãtiã ĩ ẽra. Subtraho igit̃ lõgitudinẽ, 30, graduũ oppidi, A a lõgitudie, 38, graduũ oppidi, B, & habeo, 8, grad⁹ dr̃am longi^{m}. Silr̃ subtraho latitudinẽ, 2, graduũ oppidi A a latitudie, 8, graduũ oppidi, B, & habeo, 6, grad⁹ dr̃am latitudinum. Deinde multiplico, 8, grad⁹ dr̃am lõgi^{m} ĩ se quadrate: & dico octies octo sũt 64, Silr̃, 6, grad⁹ dr̃am latitudinũ duco ĩ se: dicẽdo sexies sex, sunt, 36, ꝓducta ꝑ multiplicationẽ aggrego sil̃, idest addo & colligo, 100, hui⁹ nũeri sic collecti q̃ro radicẽ quadratã ꝓm regulã algorithmi de radicum quadratar̃ extractõe & inuenio, 10, gradus, ꝑ radice quadrata: tot em̃ graduum est linea diagonal̃ cõstituta ĩ quadrãgulo vbi duo latera hñt, 8, gradus & alia duo sex. Hos, 10, gradus multiplico ꝑ, 15, miliaria cõmunia, & ꝓueniunt, 150, miliaria, distãtia terrestris inter, A, & B. ¶ Secd̃m exẽplum sumptũ ex ope Ptolemei Claudij, lib, 7, c, 4, est tale. Nuberta oppidum Insule Taprobanę habet in lõgitudine, 122, penæ gradus. In latitudie, 0, ex eo q̃ sub equatore sitũ est. Modotti emporiũ eiusdẽ insule habet ĩ lõgitudie, 128, gradus ĩ latitudie vbi, 12, grad⁹. Differunt igit̃ hęc duo oppida lõgitudie & latitudie. Cupio scire eorundẽ distantiã. Subtraho lõgitudinẽ, 122, graduũ oppidi Nuberte a lõgitudine, 128, graduũ. Modotti & remanẽt, 6, grad⁹ dr̃a lõgitudis hor̃ oppidor̃. Dr̃a autẽ latitudis est, 12, graduũ. Multiplico, 6, in se, & habeo, 36. Silr̃, 12, & habeo, 144, q̃ sil̃iungo & colligo, 180. Hui⁹ numeri radix quadrata est, 13, graduũ & fere, ½. Mltiplico, 13, gradus ꝑ, 15, miliaria cõmunia & ꝓduco, 195, miliaria & ꝑ dimidio gradu addo q̃si, 7, & colligo, 202, miliaria, distantiã oppidor̃ ꝓpositor̃. ¶ Q̃ si regiões aut oppida latitudie & lõgitudie dr̃a. Latitudies maiores, 18, gradib⁹ habuerit eorundẽ elice dr̃as tã latitudinũ q̃ longitudinũ ꝓm modum, s̃, traditum. Postea cum gradibus ambar̃ latitudinum ingredere tabulã præexpositã: & ad sedes ear̃ recipe numeros miliarium ꝓcipue Alemanicor̃ cõmunium. Et si numeri miliarium nõ differunt aut si differunt id tñ nulli⁹ est pene momẽti & vix notatu dignum. Tunc si iustam oppidorum distantiã habere volueris: opus erit vt differentiam graduum lõgitudinum cõuertas in gradus equinoctiales. Quod prope verum tabulari officio in hunc modum absolues. Latitudines oppidorum ꝓpositor̃ iuestiga ĩ primis nũeris lateralib⁹ tabellar̃ subiunctar̃, qb⁹ reptis vel ad minus vna: gradus dr̃e lõgitudinum q̃re in numeris sub titulo gradus lõgitudinum: & in directo eor̃ sub titulo gradus æqnoctial̃ offendes gradus & nõnunq̃ minuta his gradib⁹ rñdẽtia q̃ ex̃ scribe. Intra etiã tabellã (vt assolet) duplici introitu si grad⁹ differẽtie lõgitudinũ nõ ꝑcise inueneris: & qd̃ post hmõi introitũ extra scriptum fuerit voca gradus æq̃toris: quos in se quadrate mltiplica: & similiter gradus differẽtię latitudinũ

EXEMPLVM.

Ex^{m} ex Pto, li, 6 c, 6.

	Lõ°	Lati°
Sileũ	77,	17,
Cocronari,		
Insule, 3,	83,	9,

& procede ꝓm formulã ſupra expoſitã: eliciendo radicem quadratam: quã in miliaria Italica aut Alemanica cõuertes: & habebis menſurã terreſtrẽ oppidorꝫ ꝓpoſitorum. Verbi grã. Ptolemeo docente. Peronticũ nunc Pera oppidũ. Thracie habet in longitudine quaſi. 55. gradus in latitudine aũt. 44. Paſſium aũt oppidum Iaſigis metanaſtis nũc Septẽ caſtrorꝫ habet in longitudine. 45. gradus. In latitudine pene. 47. Differentia longitudinũ eſt. 10. gradus. Latitudinũ. 3. Per latitudines dictorꝫ oppidorꝫ inuenio ex tabula ſup̃ exarata numeros miliariũ cõmuniũ fere ęquales. Ita ꝙ vix eſt dabile mediũ niſi quis res minimas plus ſubtiliter ꝗ vtiliter ꝓſequi velit qd̃ imp̃ſentiarꝫ minime attentabo. Quo circa eaſdẽ latitudines quero in lateribus tabellarꝫ ſubannexarꝫ quas tabellæ quarte annecti cõſpicio: per eandẽ. igiꝫ. 10. gradus differẽtie longitudinũ ꝓm ſitum tractus terræ & latitudines ꝓpoſitorꝫ oppidorꝫ cõuerto in gradus æquinoctiales. hac norma. In ſecũda linea nũeri memorate tabellæ reperio. 10. gradus. differentiã longitudinũ p̃dictorꝫ oppidorꝫ: in quorꝫ directo habeo pene. 7. gradus ęquatoris his gradibus correſpõdentes. Cõcludo igiꝫ ꝙ. 10 gradibus longitudis in Parallelo latitudini. 45. 46. aut. 47. graduũ ſuppoſito. rñdent fere. 7. gradib̃ æq̃toris. Multiplico ergo hos. 7. gradus æquatoris quadrate: & habeo. 49. Siſr. 3. gradus. differentiã latitudinũ & habeo. 9. q̃ aggrego ſimul & colligo. 58. quorꝫ radix quadrata vicinior eſt. 8 graduũ. quos multiplico per. 15. miliaria Alemanica cõmunia & habeo. 120. miliaria diſtantiã oppidorꝫ oblatorꝫ. ¶ Demũ ſi regiones aut oppida longitudine & latitudie diſtantia: latitudines maiores (vt prædixim̃). 18. gradibus habuerint. & per ingreſſum tabule p̃exaratæ cũ latitudinibus videris miliaria notabiliꝫ differre. Eorũdẽ diſtantias hoc pacto cognoſces. Primũ extrahe differẽtias latitudinũ & longitudinũ quas ſeorſum ſerua. Deinde de differẽtia latitudinũ accipe medietatẽ quã aut latitudini minori vnĩ oppidi ꝓpoſit̃ adde: vel (& eſt idẽ) a latitudine maiori alterius oppidi ſubtrahe: & quod facta additiõe aut ſubtractiõe ꝓdiert ſerua: q̃a ſignificat tibi latitudinẽ media inter latitudines duorꝫ oppidorꝫ ꝓpoſitorꝫ cõtentã. Hãc igitur latitudinẽ mediam q̃re in primis nũeris lateralibus tabellarꝫ ſubſcriptarꝫ: & circa quã tabellã eandẽ inuenieris ꝑ eã gradus differẽtie. Longitudinũ ſup̃ ſeruatos in gradus æqnoctialis conuerte. Quos facta cõuerſiõe quadrate multiplica. Siſr gradus differẽtiæ latitudinũ: & ꝓcede ꝓ vt ſup̃ inſtituimus & habebis optatũ. ¶ Huĩ partis hęc ſume exẽpla. Londinũ teſte Ptolemeo oppidũ Albionis mõ Anglie tenet in longitudine. 20. gradus & in latitudine. 54. Toletũ ꝟo oppidũ Hiſpanie habet in lõgitudine. 10. grad̃. in latitudie aũt. 41. Differẽtia longitudinũ eſt. 10. graduũ. latitudinũ. 13. Cũ latitudinib̃ intro tabulã p̃ expoſitã & video miliaria admodũ diſtare q̃re medietatẽ differẽtie latitudinis ſcilicet. 6. quaſi gradus recipio: q̃s latitudi Toleti minori ſcilicet. 41. addo: & colligo. 47. latitudinẽ ꝓpe modũ mediã inter latitudines memoratorꝫ oppidorꝫ. Cũ qua ingredior tabellas ſubiũctas & eã offendo in latere q̃rte tabelle ꝓ quã. 10. gradus longitudinis reduco in gradus ęq̃toris. ſ. 6. gradus. 40. minuta. & loco. 40. minutorꝫ recipio gradũ integrꝫ. & habeo. 7. q̃s in ſe duco & ꝓueniũt. 49. Cõſiſr differentiã latitudinũ. ſcilicet. 13. grad̃ in ſe multiplico & ꝓdibunt. 169. Producta ꝑ multiplicationẽ aggrego & habeo. 218. Cuĩ radix quadrata eſt. fere. 15. gradus miñ. $\frac{1}{3}$. Multiplico. 15. gradus ꝑ. 15. miliaria cõmunia & ꝓduco. 225. mili. a q̃bus demo. 5. ꝓpter tertiã & habeo ĩ ſũma. 220. mil. diſtantiã oppidorꝫ oblatorꝫ. ¶ Aliud exẽplũ Curta buda nũc (vt fert opinio) Ofen regũ Hungarie ſedes. Ptolemeo tradẽte habet in lõgitudine. 42. gradus in latitudine. 47. Liciburgiũ ꝟo nũc Roſtockiũ oppidũ germanie magne mõ ducatus pomereani tenet in lõgitudie. 39. gradus in latitudie. 56. Differẽtia lõgitudinũ eſt. 3. graduũ. Latitu-

EXEMPLVM.

EXEMPLVM.

dinũ.9.Latitudo media est fere.51.graduũ.Gradus differẽtie longitudinũ p quintam tabellam cõuersi in gradus equnoctialis.faciunt penæ.2.gradus.Qui in se multiplicati constituũt.4.Itẽ gradus differẽtie latitudinũ multiplicati q̃drate faciunt.81.Producta per multiplicationẽ sunt.85.Radix quadrata est.9.gradus.&.$\frac{1}{4}$.quę p miliaria cõmunia multiplicata dat.139.miliaria.Ecce distantia oppidorꝫ ppositorꝫ.¶ Hactenꝰ exemplificando integros gradus attulimꝰ facilitate operatiõis persuasi.Nũc vnico exemplo fractionũ pponemus.Finẽ nostre ppositiõi statuẽtes.Neapolꝰ (vt Ptolemeus asserit) Italie oppidũ in longitudine acceptat.40.gradus:in latitudine aũt.41.Colonia vero agrippina:germanie oppidũ obtinet in longitudĩe.28.gradus.40 minuta.&in latitudine.51.gradus.30 minuta.Subtraho longitudinẽ minorẽ a maiori & residuo.11.gradus.20.minuta.Differentiã longitudinũ.Siꝰ demo latitudinẽ minorẽ a maiori & habeo.10.gradus.30.minuta differentiã latitudinũ.Latitudo media est.46. pene graduũ.Quã in latere quarte tabellæ offendo p eã igitꝰ tabellã cõuerto differentiã longitudinis.In gradus & fractiones æquatoris & colligo.7.gradus.30.minuta equatoris.Et exquo in differentia longitudinũ reducta & etiã in differẽtia latitudinũ habeo fractiones scilicet semigradus.Resoluo gradus integros ambaꝫ differentiaꝫ in cõsimilẽ denominationẽ.idest in semigradus.& procreo ex differentia longitudinũ conuersa.15. semigradus.& ex differẽtia latitudinũ.21.Mltiplico igitur.15.in se & pduco.225.Similiter.21.duco in se & produco.441.Iungo producta & habeo.666.Huius numeri radix quadrata est fere.26.semigradus.qui ad integra reducta faciunt.13.gradꝰ.Quos tandem multiplico per.15.miliaria:cõmunia & produco.195.mil.distantiaꝫ oppidorum in exemplo propositorum.

Tabelle Conuersionũ Graduũ Longitudinũ :in Gradus Equinoctialis.

Hria.				Tertia.				Quita.				Septia.				Nona.				Vnde.			
Latitudinis	Longitudis	Equinoctialis.		Latitudinis	Longitudis.	Equinoctialis		Latitudinis	Longitudis	Equinoctialis.		Latitudinis	Longitudis	Equinoctialis.		Latitudinis	Longitudis	Equinoctialis.		Latitudinis	Longitudis	Equinoctialis.	
G	G	G	M	G	G	G	M	G	G	G	M	G	G	G	M	G	G	G	M	G	G	G	M
19	1	0	55	37	1	0	45	49	1	0	35	57	1	0	25	65	1	0	15	73	1	0	5
20	2	1	50	38	2	1	30	50	2	1	10	58	2	0	50	66	2	0	30	74	2	0	10
21	3	2	45	39	3	2	15	51	3	1	45	59	3	1	15	67	3	0	45	75	3	0	15

Huius Tabelle Continuatio sequitur.

Secunda pars
Complementũ Tabelle Cõuersionis graduũ Longitudinũ in gradus Equinoctialis.

22	4	3	40	40	4	3	0	52	4	2	20	60	4	1	40	68	4	1	0	76	4	0	20
23	5	4	35	41	5	3	45		5	2	55		5	2	5		5	1	15		5	0	25
24	6	5	30	42	6	4	30		6	3	30		6	2	30		6	1	30		6	0	30
25	7	6	25		7	5	15		7	4	[illegible]		7	2	55		7	1	45		7	0	35
26	8	7	20		8	6	0		8	4	40		8	3	20		8	2	0		8	0	40
27	9	8	15		9	6	45		9	5	15		9	3	45		9	2	15		9	0	45
28	10	9	10		10	7	30		10	5	50		10	4	10		10	2	30		10	0	50
29	20	18	20		20	15	0		20	11	40		20	8	20		20	5	0		20	1	40
	30	27	30		30	22	30		30	17	30		30	12	30		30	7	30		30	2	30
	40	36	40		40	30	0		40	23	20		40	16	40		40	10	0		40	3	20
	50	45	50		50	37	30		50	29	10		50	20	50		50	12	30		50	4	10

Sexta. Quarta. Sexta. Octaua Decia Duode.

Latitudinis	Longitudis	Aequinocti alis.		Latitudinis	Longitudis	Aequinocti alis.		Latitudinis	Longitudis	Aequinocti alis.		Latitudinis	Longitudis	Aequinocti alis.		Latitudinis	Longitudis	Aequinoctia alis.		Latitudinis	Longitudis	Aequinocti alis.	
♋	♋	♋	♎	♋	♋	♋	♎	♋	♋	♋	♎	♋	♋	♋	♎	♋	♋	♋	♎	♋	♋	♋	♎
30	1	0	50	43	1	0	40	53	1	0	30	61	1	0	20	69	1	0	10	77	1	0	2
31	2	1	40	44	2	1	20	54	2	1	0	62	2	0	40	70	2	0	20	78	2	0	5
32	3	2	30	45	3	2	0	55	3	1	30	63	3	1	0	71	3	0	30	79	3	0	7
33	4	3	20	46	4	2	40	56	4	2	0	64	4	1	20	72	4	0	40	80	4	0	10
34	5	4	10	47	5	3	20		5	2	30		5	1	40		5	0	50		5	0	12
35	6	5	0	48	6	4	0		6	3	0		6	2	0		6	1	0		6	0	15
36	7	5	50		7	4	40		7	3	30		7	2	20		7	1	10		7	0	17
	8	6	40		8	5	20		8	4	0		8	2	40		8	1	20		8	0	20
	9	7	30		9	6	0		9	4	30		9	3	0		9	1	30		9	0	22
	10	8	20		10	6	40		10	5	0		10	3	20		10	1	40		10	0	25
	20	16	40		20	13	20		20	10	0		20	6	40		20	3	20		20	0	50
	30	25	0		30	20	0		30	15	0		30	10	0		30	5	0		30	1	15
	40	33	20		40	26	40		40	20	0		40	13	20		40	6	40		40	1	40
	50	41	40		50	33	20		50	25	0		50	16	40		50	8	20		50	2	5

IMS

Propositio Tricesima tertia. Secũde partis.

MEdio aberrãtes pelago aut in solitudinibus degentes in q̃ sim' climate iuenire. ¶ Interdiu capimus Solis altitudinẽ meridianã ꝓm modũ primũ ꝓpositiõis septĩe hui' secũde partis. s. expositũ. & p 30. hui' eleuationẽ Arietis aut Libre. Hoc est eqtoris & demũ latitudinẽ loci nobis incogniti in q̃ degimus addiscemus. Eandẽ latitudinẽ quia polari eleuatiõi semper ęqualis est: in tabella climatũ supꝝ ꝓpositiõi nonę prime ptis annexa sub titulo. Eleuatio poli inuestigabimus. Quã si pcise iuenerimus mox leuor sũ clima qd incolim' offendemus vna cũ expssione principij medij aut finis eiusdẽ. ¶ Qz si nũerus Latitudinis ĩ tabella nõ pcise apparuerit cõsiderabim' duos nũeros iuxta eũ viciniores. Nã penes sitũ eius ad illos cõiectabimus clima terrestrẽq; tractũ quẽ habitamus: & an inter principium eius & mediũ aut mediũ & finẽ degamus facile concludemus. ¶ Qz si latitudinis nũerus minor. 12. gradibus & 45. minutis reptus fuerit inferemus subtorrida zona ꝓpe equatorẽ & in nullo nos climate habitare. ¶ Qz si numerus latitudinis 50. gradus & 30. minuta excesserit versus aquilonẽ post terminũ septimi climatis indubitato degimus. ¶ Exemplũ breue p organũ astrolabicũ inuenio eleuationẽ Arietis loci incogniti. 65. graduũ. & 45. minutorꝝ. & ex consequutione eius latitudinẽ aut polarem eleuationem. 24. graduũ. 15. minutorꝝ. Quã in tabella climatũ pcise reperio. Quare recte concludo me esse in medio secũdi climatis. Reliquas aũt varietates operationum: quia faciles sunt ingenio lectoris relinquendas censuimus: ne dicaciti potius q̃ vtilitate studuisse videamur. ¶ Nocturno ꝛo tpe. Idem p aliqã stellam fixam: in aranea astrolabij positam: exorientem & occidentem: hoc pacto absoluemus. Officio astrolabij cognitæ stellæ supra horizontem apparentis meridianam sublimitatem obseruamus. qua habita per ꝓpositionem trigesimã huius: eleuationem Arietis aut Libre elicim' & demũ latitudinẽ obseruati loci: cũ qua adiumẽto tabellę climatũ opabimur quẽadmodũ iãiã pcepim' & habebim' cupitũ. ¶ Verbi grã: stelle sinistre manus virginis quæ dicitur Arista aut Spica: altitudinem meridianam diligenti obseruatiõe inuenio. 46. graduũ. per quã elicio per trigesimã huius eleuationẽ Arietis aut ęqtoris esse. 54. graduũ. 16. minutorꝝ. Elicio pterea latitudinẽ loci obseruati incogniti. 35. graduũ. 44. minutorꝝ. Qua in tabella climatũ aut reperta/capio illic minorẽ. 33. graduũ. & 40. minutorꝝ: & maiorẽ. 38. graduũ. & 24. minutorꝝ. quib' latitudo obseruati loci intercipit. Infero igitur locũ incognitũ hoc pacto obseruatũ contineri inter principium & medium quarti climatis quod fuit optatum.

EXEMPLVM.

EXEMPLVM.

Propositio Trigesima quarta. Secũde partis

DIstãtiã sol' a zenith: ꝟticali pũcto ꝓpositę habitatõis facile iuestigare. ¶ Scita (p septimã h') sublimitate sol' meridiana: ad certũ diẽ tibi oblatũ: ꝓpositę hitatõis: eãdẽ deme ab arcu. 90. graduũ & arcus residu' pãdet tibi distãtiam zenith aut verticalis puncti oblatę habitationis a cẽtro corpis solaris. Qz si cuilibet gradui distãtię. 60. miliaria itala: siue. 15. alemanica

cõmunia aut. 12. Sueuica assignaueris colliges mensurã terrestris itineris ab initio ꝓ posite habitatiõis meridiẽ versus ꝓficiscẽdo directo itinere; quousq; Sol meridiano tẽpore sup̃ verticẽ capitis proficiscẽtis stabit. ¶ In exemplo: reperiat. Sol. in. 16. gradu Geminorꝫ. Cuius altitudo meridiana est. 64. graduũ. Quos subtraho a. 90. gradibus: & remanebũt. 26. grad' distãte capitis oppidi Tũbingñ. a cẽtro phebei corpis Eo die anni quo Sol. 16. gradũ geminorꝫ possidebit. Deinceps mltiplico. 26. gradus distãtie p. 15. miliaria alemanica cõia & pueniũt. 360. miliaria. Ecce mẽsura terrestris itineris.

EXEMPLVM.

Propositio Trigesima quinta. Secũde partis.

AD quod clima: regiões aut oppidũ mater aut tabula astrolabij sit fabricata aut descripta ꝓscrutari. ¶ Si dubitaueris ad quã latitudinẽ aut polarẽ eleuationẽ Climatis. Regiõis aut oppidi: mater: aut aliqua tabula (quã moderni tympanũ vocant) in astrolabio posita: sit confecta. Supputa in linea meridiana gradus & minutias si q̃ fuerint. In almicantharat: ab aequinoctiali circulo vsq; ad zenith capitis: & nũerus Almicãtharat latitudinẽ ostendet: q̃ scita facile in Climatis: regionis aut oppidi cognitionẽ deduceris. ¶ Vel & est idẽ numera in linea medię: noctis a centro astrolabij vsq; ad primũ Almicãtharat. idest horizontẽ versus septentrionẽ: & habebis iterũ sup quã altitudinẽ mater: aut tabula astrolabij sit composita. ¶ Altitudo vero capitis Arietis aut libre est tot graduũ quot fuerint ab horizonte vsq; ad ęquatorẽ vel á zenith vsq; ad centrũ astrolabij. ¶ Nullo hic exemplo propter facilitatem ꝓpositionis opus esse reor.

Propositio Trigesima sexta. Secunde partis.

GRadũ eclyptice cũm quo stella in reti descripta oriẽt vel occidit ingrere. ¶ Loqmur inp̃sentiarꝫ de stellis orientib' & occidẽtibus. Stelle igit' oblatę apiculũ exortiuo horizõti adiũge: & mox in linea eclyptica apparebit gradus cũ q̃ stella exoriẽt. Qui cui' & q̃tus sit signi ꝓ nõis & nũeri ascriptiões facile addisces. Pręterea reti grato Stellæ caput horizõti occiduo applica: & iterꝫ ĩ ecclyptica videbis gradũ cũ quo stella labit & occidit: noĩe signi & q̃to gradus adiectis. ¶ Hui' rei grã sit mihi oblata stella Tauri Aldebaran. lubeor inuestigare cũ q̃ gradu eclyptice vel oriat vel occidat: pono cacumẽ ei' sup arcũ horizontis orientalẽ & dico ipsam oriri cũ. 11. gradu Geminorꝫ. Deinde reti circũducto eius cacumen iungo arcui horizõtis occidẽtali & dico ipsam occidere fere cum. 28. gradu Tauri. Simile iudicium de stellis reliquis.

EXEMPLVM.

Propositio Trigesima septima. Secũde ptis.

GRadum eclyptice cum quo stella queuis ĩ aranea posita cœlũ media ꝓscrutari. ¶ Si scire cupis cũ quo gradu eclyptice stella aliqua meridiano lineę sese iunget: pone ipsius cacumen sup̃ lineã

meridianã; & gradus zodiaci qui super eandẽ lineã ceciderit est gradus cum quo stella celũ mediat. Qui cui' sit signi & quotus in ordine graduum adiecte scripture dicto citius indicabũt. ¶ In exemplo repetat' stella Tauri Aldebaran qua vsi sumus in ꝓpositiõe antecedente apto cacumẽ eius lineæ meridianę & dico eã cũ. 3. gradu Geminorꝫ mediare cœlũ quia cũ eodẽ ad lineã meridianã peruenit. ¶ Aliud: stella Vrse maioris in principio caude eiusdẽ existẽs. Dicta Alioth: applicata lineæ meridiane: mediat celum fere cũ. 7. gradu libræ. ¶ Nõ aliter cũ alijs stellis operaberis.

EXEMPLVM.

Propositio Trigesimaoctaua. Scde ptis.

Quoundã vulgariũ astronomorũ propositiões fragiles & pene iutiles in vsũ astrolabij introductas: negligere. ¶ Etsi oibus ferme bonis artibus nõnulle depravatiões & cõtagia ĩmiscent: vt somnij cuiusdã & anilis fabulæ speciẽ apud plures etiã doctissimos cõtrahãt. Illa tñ in mathematica oino pudenda sunt & intolerabilia q̃ cõfessu oim ꝓpetuã ꝑse fert certitudine. Cũ aũt nõnullorꝫ nouiciorꝫ astronomorꝫ cõmẽtaria cõspicio. Effutiũt ipsi (bona venia impetrata) canones (vt aiũt) aut ꝓpositiões plures quibus ꝑ cecitatẽ stolidã præcones ꝓprie ineptiæ: vsum nr̃i instrumẽti potius obtenebrãt & occultãt q̃ eluci dant. Vt igit' hoies nostrę ætatis cautiores fiant: & ne telis ledant' improuisis libuit eas breuib' recẽsere: ꝓpositio g̃ pria explodẽda & negligẽda ẽ hęc. ¶ Per astrolabiũ scire signũ & gradũ Lunæ. ¶ Secũda per idem Inuestigare loca vera Saturni: Iouis Martis Veneris & mercurij in ipso signifero. ¶ Tertia Cognoscere Latitudines Lune & omniũ planetarꝫ dempto Sole qui latitudine caret. ¶ Quarta. Inquirere an planeta sit directus aut anomalus siue retrogradus. ¶ Quinta. Perscrutari in quo gradu signi sit q̃libet stella fixa in reti descripta. ¶ Sexta. Scire Latitudines stellarꝫ fixarꝫ. ¶ Septima. Determinare signũ & gradũ cuiuslibet stellæ fixe in aranea nõ positæ. Has ꝓpositiões & similes fuge optime lector vt scyllam & charibdim. Quarꝫ fragilitatẽ & imbecillitatem ostendere imp̃sentiarꝫ silentio p̃tereundũ censeo. Ne paulo licentius euagari videar. Cũ & potissimũ quotidianũ exercitamentũ earundẽ falsitates tibi indicabit. Taceo q̃ a mente oim antiquorꝫ astronomorꝫ sunt prorsus alienæ.

Propositio Trigesimanona. Scde ptis.

Zenith ortus ⁊ occasus Solis ⁊ stellarũ fixarũ vtiliter iuestigare. ꝑ intellectu huius & sequẽtis ꝓpositiõis aduertendum est. Q̃ horizon seu primũ almicantharat distribuit' in quattuor quartas. Quarꝫ prima inchoat a pũcto vbi equator intersecat primũ almicantharat aut horizontẽ exortiuũ. In quo quidã pũcto. Sol principiũ Arietis aut Libre possidens toti vniuerso æqualiter oritur & finit' in linea meridiana sub armilla aut suspẽsorio: & vocatur quarta meridionalis orientalis. Secũda incipit a linea meridiana & terminatur ĩ puncto vbi equator intersecat primũ almicantharat: aut horizontẽ occiduũ. In q̃ Sol initiũ Arietis aut Libre tenẽs cunctis occidit mortalib': & appellat'. Quarta meridionalis occidẽtalis. Tertia initiat' ab eodẽ pũcto vbi terminat' secũda: & finit se in lineam

medie noctis intersecantem primũ almicantharat siue horizontem & nominat Quarta septentrionalis occidentalis. Quarta incipit a fine tertie quarte & terminat in principio prime quarte & dicitur quarta septentrionalis orientalis. Et quelibet quarta a principio vsq; in finẽ eius cõtinet. 90. gradus. Quos azimuth nobis indicant: Et ideo si habueris in qualibet quarta nonaginta azimuth: quodlibeth Azimuth valet vnum gradum. Si. 45. tenet valet. 2. gradus. Si. 30. quodlibet valet. 3. gradus. Si quindecim quodlibet valet. 6. gradus. Si nouem (vt in nostro astrolabio) quodlibet valet. 10. gradus & sic consequenter. ¶ Preterea conuenendum q̃ zenith ortus Solis aut vt generalius loquar. zenith Solis non accipitur hic pro puncto verticali scilicet pro puncto capitis eorum quibus Sol meridiano tempore ꝑm rectam lineã insidet. Sed accipitur hic zenith ortus Solis pro puncto distantiæ aut elõgationis ortus Solis ab oriente vero quẽ Sol in principio Arietis aut Libre designat. Sic per zenith occasus Solis intelligitur punctum distantie occasus Solis ab occidente eiusdẽ vero quẽ Sol in exordio Arietis aut Libre aperit. Quare recte dicimus Solem per borealia aut septentrionalia signa decurrentem zenith ortus & occasus boreale aut septentrionale habere. Et eũdem per austrina aut meridiana signa gradientem zenith ortus & occasus australe aut meridianum sibi vendicare. ¶ De zenith ortus & occasus stellarũ fixarum haud secus atq; de Sole argumentandũ est. ¶ Deinde (vt generalem quandam adducamus doctrinam) Zenith Solis aut stellę fixę in hac materia est distantia ipsius ab initio alicuius quartæ iamiam memorate: hoc est aut ab initio lineę veri orientis aut occidentis: meridiei aut medię noctis. ¶ His prenotatis. Cum scire optaueris: zenith ortus aut occasus Solis aut alicuius stellæ fixe: siste gradum Solis aut cacumen stelle super horizontem exortiuum: & ad situm gradus Solis aut cacuminis stellæ horizontem nota affice: postea adiumento ipsorum azimuth supputa gradus horizontis orienti vero idest æquinoctio: & notæ signatæ interiectos: & numerus graduum qui in nota sese terminat pandet tibi zenith ortus Solis aut stellę: scilicet distantiam ortus ipsius ab ortu Arietis aut Libre. Et dicitur zenith huiusmodi ortus meridionale si fuerit in quarta prima inuentum: aut septentrionale si in quarta quarta repertũ fuerit. Et super similẽ numerũ graduum azimuth erit Zenith occasus: & etiam in simili quarta puta septentrionali aut meridiana. ¶ In exemplis Lucidius capies. Sit Sol in. 25. gradu Geminorũ. volo zenith ortus ipsius explorare. pono. 25. gradum Geminorũ super horizontem orientalem: & cadit in spatiũ horizontis inter trigesimũ & quadragesimũ azimuth contentũ Facio igitur ad gradũ Solis notam in spatio horizontis: & postea illud spatium partior a trigesimo azimuth in quadragesimũ. in. 10. & video zenith ortus Solis esse septẽtrionale & distare ab oriente vero vel ęquinoctio. 37. pene gradibus: & consimiliter zenith occasus septentrionale dico ab occidẽte vero ab esse. 37. gradibus. ¶ Aliud offertur mihi Azimech. Spica virginis: cacumen eius iungo horizonti exortiuo & concludo zenith ortus ipsius meridionale. 13. fere graduum. & zenith occasus eius similiter meridionale. 13. graduum. Huius propositiõis vtilitas hec est: q̃ per eam scimus in quo loco horizontis Sol vel stella fixa oritur aut occidit. Administrat etiam cognitionem stellarum nobis non dum cognitarum: prout sequentibus propositionibus abunde accipies

EXEMPLVM.

Propositio Quadragesima. Scde ptis.

Zenith Solis 7 stellarũ fixarũ indagare.

¶ zenith Solis hoc est distantiã centri ipsius ab initio alicuius quarte sic inuenies. Ad horã ꝓpositã officio astrolabij obserua altitudinẽ Solis. Deinde gradum Solis in reti: pone sup numerꝰ cõsimilẽ in ipsis Almicantharat obseruate altitudinis. In ea pte qua fuerit Sol. quẽadmodũ ꝑ horarꝰ inuentiõe facere cõsueuisti: & azimuth sup qd ceciderit gradꝰ solaris oñdit tibi zenith Sol. idest eiꝰ distantiã ab initio alicꝰ q̃rte si saltẽ distiterit. Et necesse ꝙ hmõi zenith aut sit in q̃rta meridiana oriẽtali aut meridiana occidẽtali aut septẽtrionali oriẽtali aut septẽtrionali occidẽtali. ¶ Haud difficile agẽdũ ẽ cũ stellis fixis in reti locatis Q̃ si centrũ Sol aut stellæ apiculꝰ ĩ intuallo duorꝰ azimuth ceciderit: age pro gradu distãtie sciendo aut ꝑ estimationẽ vt plerũq; facimꝰ: aut per diuisionẽ interualli in. 10. gradus ꝑ vt in ꝓpositiõe antecedẽti satis didicisti. ¶ Resumatur gra exempli. Sol in ꝓpositione ꝓxima supra in. 25. gradu Geminorꝰ reperꝰ & supponat ꝙ sit hora nona æqualis ante meridiana. Capio eadem hora Solis sublimitatẽ supra horizontẽ quã inuenio pene. 47. graduũ. Apto igit. 25. gradũ Geminorꝰ sup. 47. almicantharat & elicio zenith Solis esse meridionale orientale: distãs ab oriente vero. 20. fere gradibꝰ. ¶ Itẽ repetat spica Virginis: & fit Sol iterꝰ in. 25. gradu Geminorꝰ & ponat ꝙ sit hora. 10. noctis æqualis. ꝑ obseruationẽ video Spicã eadẽ horã elevari. 23. quasi gradibus: ac cõtineri in q̃rta meridionali occidẽtali & eius zenith abire a linea meridiana iã dictã q̃rtã initiante ꝓpemodum. 44. gradibus. ecce.

EXEMPLVM.

Propositio XLI. Secũde partis

Quattuor mũdi plagas vtiliter inuestigare

¶ Messahalla harꝰ rerũ duos modos opandi exposuit. Verũ quia primi exequutio ad modũ difficile est: ex eo ꝙ ĩ locatõe astrolabij sup planũ horizonti æquidistãs ad modicã eiꝰ motionẽ aut rotationẽ circularẽ: linee q̃ttuor plagarꝰ indicatiue facile a veris mũdi plagis recedũt: q̃ circa eundẽ modũ impsentiarꝰ missum faciemus. ¶ Secundũ aũt quẽ idẽ in calce capituli parũ per tetigit Lucidius ñ pacto ꝓsequemur. Recipe altitudinẽ Solis ad horã optatã qua quattuor mũdi plagas ñ est Orientẽ & Occidentẽ Equinoctios Meridiẽ & Septentrionẽ: scire desyderas. & pone gradũ Solis sup inuentã altitudinẽ inter almicantharat. In ea parte q̃ fuerit Sol. Et animaduerte in qua q̃rta de supra expositis q̃rtis sit Sol & ꝑ q̃t gradus de gradibus Azimuth: distet a principio alicuius q̃rte. Numerꝰ igit graduũ azimuth supputa in dorso astrolabij in cõsimili q̃rta & vbi nũerus terminat ibi pone regulã qua iuariabiliter manẽte aptã astrolabiũ ꝓm supficiẽ planã: æquidistãter horizõti: & verte astrolabiũ vt vmbra ambor latorꝰ tabellarꝰ regule affixorꝰ: cadat sup duo latera regule directe: scilicet vmbra dextri lateris tabellæ sup dextrũ latus regule & sinistra sup sinistrũ: vel æquidistanter: & mox q̃ttuor lineæ cõcurrẽtes in cẽtro astrolabij indicabũt tibi quattuor mundi plagas. Videlicet linea orientis Orientẽ: meridianę Meridiẽ & sic de reliquis. ¶ Verũ id facilius & forsan verius ꝑ inuentionẽ lineæ merdianę modo vulgato aut ꝑ horariũ compassi absolues: habita eẽ linea meridiana in plano ad æqdistantiã horizontis posito. Iunge rectissime lineã meridianã astrolabij lineę meridianæ inuentę. Ita ꝙ armilla versus meridiẽ statuatur quo facto linea medię noctis instrumẽti lineæ meridianę ver

sus septentrionē copulabitur & habebis optatum. ¶ Exemplum hic nullū adijciem quia solus vsus & visus te artificem facient.

Propositio. XLII. Secūde partis.

Cognita vna stella fixa: aranee aliarū ico gnitarum noticiā accipere. ¶ Si tibi aliqua stella fixa in aranea posita nota fuerit: per eam ꝗlibet aliam tibi incognitam in aranea descriptā hoc modo cognosces. Nocte serena altitudinē stellę tibi notæ obserua. Deinde cacumen eius pone super obseruatam altitudinem inter almicantharat ab oriente aut occiduo computando ſm ꝙ videris eam in firmamento situatam. Quo facto vide concito ad stellā tibi incognitam in reti positam: & eius altitudinem inter almicantharat consydera & in qua parte de quattuor partibus mundi ceciderit: super equalem altitudinem Alhidadam in dorso astrolabij: & verte te versus eandem plagam mundi in quam cadebat stella ignota: & maiorem aut Fulgentiorem stellam quam videbis per foramina tabellarum ipsa est quam quæris. Et sicut operatus es cum vna sic age cū qualibet alia stella in reti locata. ¶ Breue exemplum accipe. Ponatur Sol in. 28. gradu Geminorꝫ: & hora equalis. 10. post meridiana: & sit Azimech Spica Virginis: stella mihi nota. Alkayr aūt siue Aquila volans in cœlo incognita quā cupio notā fieri. Accipio ad horā propositam altitudinem stellæ Spicæ: quam inuenio. 22. graduum sed quia ipsa locatur in parte mundi occidentali. Iccirco computo. 22. gradus altitudinis spicę a primo almicantharat occidentali versus lineam meridianam: &. 22. almicantharat cacumen stellæ dicte iungo. Et mox conuerto me ad stellam Alkayr in reti positam in cœlo incognitam. Quam video situatam in parte orientali: habentē Altitudinem. 30. fere graduum. pono igitur Alhidadam dorsi super. 30. gradum quarte altitudis & suspenso. (vt solet) astrolabio verto me versus orientem per tabellarum foramina prospiciendo & stella quæ visui obijcitur ipa est Alkayr aut aquila volans. Ecce incognitæ stellę noticia quod fuit cupitum.

EXEMPLVM.

Propositio. XLIII. Secūde partis.

Nullis stellis Octaui orbis cognitis ī earum noticiam artificiose peruenire. ¶ Quid (per deum īmortalem) lucundius: quid amenius: quid denicꝫ suauius: oculos nostros afficere potest ꝗ illa tot & tantorum luminum venustissima & ordinatissima series. Eo quippe si rapiemur animo experiemur nihil nos vnꝗ sensisse in hac vita delectabilius. Quo circa si nullius stelle fixæ tibi cognitio fuerit: & earꝫ in cœlo noticiā habere optaueris: hoc pacto opare: per horologiū bene correctū obserua horā noctis ad quā gradū Solis in reti (vt assolet p nocturnarꝫ horarꝫ noticia habenda) applica. Quo facto vide quę stella sup horizōtē exortiuū ceciderit ea (cui⁹ noticiā q̄rebas) tūc tpis oriſ: & q̄ sup horizōtē occiduū ceciderit. tūc occidit. Et vt absoluti⁹ & lucidi⁹ rē capias. Considera p. 19. hui⁹

qua hora noctis stella cuius noticiā queris veniat ad horizontem orientalē. Preterea, per. 39. huiʼ aduerte zenit ortus stelle: & nūerꝰ graduū inē Azimuth: & quartā in qua stella exorieē. Quibʼ habitis p q̄dragesimā huius pone astrolabium fm quattuor mūdi plagas. & applica Alhidadā ad gradus zenith ortus in ea q̄rta in qua stellā offendisti: & cū iam tēpus ortus stellæ appropinquare decreueris. Vide p foramīa maiora tabellarꝰ: & orientis stelle radij oculo tuo per foramīa incidentes noticiā pposite stellæ indicabūt. Similis est de occasu stellæ opatio: & pfecto (me iudice) facilior. Cū ipam supra horizontē morantē & iam occiduū petentē tabellarꝰ foramībus sese applicare facillime cōiectabis vñ pmptior eius noticia nanciscē. Habita igit noticia aliquarū stellarꝰ p modo huius institutiōis: p antecedentē huiʼ in cognitionē oīm in reti descriptarꝰ pedetentim deduceris. ¶ In exemplis. Sit Sol in principio Tauri. & stellę Alkayr mihi incognitæ noticiā habere cupio: p astrolabiū elicio eadem hora vndecima nocturna accedere horizontē orientalem. quare paululū ante vndecimam quero zenith ortus stellæ quod est. 12. fere graduū quarte septētrionalis orientalis. Deinde in loco sublimi q̄ liber patet horizon: apto astrolabiū quattuor plagis mundi & Alhidadam iungo. 12. gradui ortus zenith stellę in. 4. orientali septentrionali: & iuncto oculo maioribus stellarꝰ foramībʼ: stella q̄ circa vndecimā oriēdo oculo obijcit ipsa est Alkayr cuius noticiā petebā. ¶ Aliud ponat Sol in principio Cancri. Cupio stelle azimech hoc est spice virginis noticiā acquirere: p ppositionē. 39. s. habeo q̄ Zenith occasus eius est. 13. graduū quarte meridionalʼ occidentalis & officio Astrolabij scio eandem circa. 12. horā noctis appropinquare occasui: quare tūc astrolabium q̄ttuor plagis: & Alhidadā. 13. gradui in quarta meridianali occidentali applico. Oculo aūt foraminibus tabellarꝰ apposito stella fulgentior occiduū petens: paulum post duodecimā. radios per foramina oculo īmittens ipsa est Azimech quam noscere cupiebam. & sic de reliquis.

EXEMPLVM.

Propositio. XLIIII. Secunde partis.

Ventorū noticiam vtiliter habere. Eum ventorꝰ flatus varias mortalibus & rebus subcœlestibus: potissimum aeri donent munera. Nō nunq̄ enim imbres: nebulas: tempestates: humiditates: siccitates: caliditates: frigiditates: serenitates: pestilētiasq̄ præstare noscunt. Non ab re (priusq̄ ad operationem puentorꝰ cognitione descendatur) eorūdē naturas conditiōes & situs sub epitomate narrare decreuimus. ¶ Vētus itaq̄ Subsolanus primarius a Solis ortu æquinoctio spirans. Nascitur em sub phoebeis radijs dū Sol æquinoctiali insidet. Calidus est siccus: tpatus: suauis: purus: subtilis: & salubris precipue mane. Nā a Sole purior & subtilior efficit vnde nihil veneni mortaliū infert corporibus. ¶ Vulturnus graio sermōe Caecias appellatus dexterior subsolani: ab æstiuo Solis exortu veniens. Cui ab occiduo hiberno ad rectā lineā Aphricus opponitur. Calidʼ. cūcta desiccans. Altitonās dictus. De quo Lucretius. Altitonās vulturnus: & auster fulmine pollens. ¶ Eurus a sinistro latere venit subsolani a brumali Solis ortu proruens. Calidus & siccus remisse. Orientē nubibus irrigans. Eo flāte (teste Aristotele) omnia videntur esse maiora solito. ¶ Auster fm græcos Notos plagæ meridiane ventus cardinalis: humidus calidus atq̄ fulmineus: generans largas nubes & pluuias latissi-

Subsolanus.

Eurus.

Auster.

☞ Vulturnus alte flat vt vultur volat. Ita fm Aristo. flat vt nubes nō pcul pellat: sed ad se vocet. Inde adagium mala ad se trahit vt Caecias nubes.

mas; faciens aerem crassum, densũ & spissum; nubilã nutrit & nebulas mittit. Nõnũq; pestifer ipsius est spiritus maxie dũ p Cyrenaicã regionẽ volat. De q Ouidius. Cõtraria tellus. Nubibus assiduis; pluuioq; madescit ab austro. Et idẽ. Emittitq; notum madidis notus euolat alis. ¶ Euroauster aut euronotus ventus calidus & humidus, lateralis austro orientẽ versus. Intonat em̃ a dextris austri. Euroauster vocat' qa ex vna pte habeat eurũ ex altera austrũ; haud dissimili ratiõe euronot' dict'. ¶ Austro aphrycus aut libonotus vẽtus tpatus calidus lateralis austro versus occidentẽ spirat em̃ a sinistris austri. Austroaphricus appellatus q iunctus sit hinc inde austro & aphrico & Libonotus qa Noto & Libs vallatus. ¶ Zephyrus aut fauonius vẽtus principal' occiduus euentãs ab occasu Solis æqnoctio. Caloris & humoris habẽs temperiẽ/ salubris in calce diei; pruinas & niues resoluens; & quæ aspero gelu indurerant dissipat & relaxat; herbarũq; florũq; origo. Om̃e mortale genus ad eius flamẽ luxuriat; reuocãs venerẽ producẽdæ sobolis grã. De quo Boetius scd'o. met. 3. Cũ nemus flatu Zephyri tepentis. Vernis irribuiorosis. Spiret insanũ nebulosus auster. lã spinis abeat decus. ¶ Aphricus aut Libs vẽtus a dextro zephyri latere intonãs; ad meridiẽ em̃ ab ipso recedit brumal occupans Solsticiũ; frigidus; humidus; pluuiosus; tẽpestatisq; præsagus ab Aphrica & lybia regiõibus vndẽ euentat noia sumit. De q Virgil'. 1. En. Vna eurus notusq; ruũt; creberq; procellis. Aphricus & vastos tollũt ad sydera fluctus. ¶ Chorus quondã dictus Caurus sinistrã tenet zephyri; a tropici estiui occasu efflãs frigidus & humidus; paruũ secum ducens rigorem quoniam ad Arcton respicit. Eo flante in oriente nubila sunt die sereno. Lucanus. 1. Phar. Nõ chorus in illum. Ius habet aut zephyrus; solus sua littora turbat. Circius. ¶ Septentrio ventus primarius. Austro obiectus; a polo flans arctico. Dictus septentrio eo q sub plaustri septẽ stellis (quarũq; quæ ante eunt triones hoc est boues aratorij cõpellatæ) originẽ ducit. Græce vero q ab arcto flet. Aparctias appellatur. Frigidus & siccus; faciens frigora & nubes siccãs. Constringens corpora; poros claudens; humores purificans; aerem pestiferum leuans. ¶ Circius a grays trachias dictus. hic a plerisq; latini nois expers creditur; a dextris septẽtrionis efflans; hũc hispani Gallicũ vocãt, ppter flatũ eius a pte. Gallicie. Circius vocatus eo q Choro vicinus sit; faciens niuiũ & grandinũ coagulatões; & abundantiã. De quo Lucanus supra. Nõ chorus &c. ¶ Aquilo aut Boreas lateralis septentrioni orientem versus; ex alto flans. Gelidus & siccus; sine pluuia; ledẽs flores & fructus teneros. Corrumpẽs vineas germinãtes; florentes exurens herbas; & arborum vires spolians; & vterq; plerũq; p cardinali scilicet septentrione ponitur & aparctias noiatur. Ouid'. Schytiã; septemq; triones; horifer inuasit boreas &c. Virgilius & Glacialis hiems aquilonib' asperat vndas. Boec'. ẽmo. 6. Nunq; purpureũ nem'; Lecturus violas petas. Cũ seuis aquilonibus. Stridẽs campus abhorruit. Et Prouer. 25. Vẽtus Aquilo dissipat pluuias. ¶ Hæc breuiuscula q liquidiore nostre ppositionis intelligentia notanda censuimus. Iam iãq; ad operationẽ, p ventorũq; notiõe & aquilibus spirentoris accedendũ restat. In loco igitur præcelso & aperto dispone astrolabiũ (per q̃dragesimã hui')ẽm quattuor mũdi cardines aut plagas. Ita vt antica aut facies appareat. Et in centro eius erige hastulã cui fac vexillũ in parte supiori adherere; taliter q ad flatũ venti facile possit agitari atq; circũferri. Quibus dispositis; vento flante; considera quẽ pars prior vexlli indicet aut cui applicetur. Eius enim venti obiectus oppositusq; spirare perhibetur. ¶ Gratia exempli video vexillum porrigi versus Subsola-

10. met. fa. 2.
10. met. fa. 7.
Argestes.
Iupix.
EXEMPLVM.

num dico tepentem Zephyrum aut salutarem Fauonium ventum cardinalem occidentalem Subsolano obiectum spirare. Item cerno vexillum in Austro aspiricũ dirigi infero, pcellosum Aquilonem aut Boream thraciũ, sonorũq; collateralem septentrioni versus orientem euentare. Simile de alijs sume iudicium.

PROPOSICIO XLV SECVNDE PARTIS.

De ortu 7 occasu: signorum graduum & stellarum pro more Astrologico preambula quedam dicendis accommodare. ¶ Hic de ortu aut ascensione signorum & eorundem partium: de stellis firmis & erraticis. Item de descensione siue occasu signorum: partium & stellarum: quorum ortuum & occasuum præsertim Astronomi præcipua cura est exequemur. ¶ Ortus igitur Astronomicus signi est portio æquatoris quæ vna cum signo ex Orientis parte super Horizontem emergit aut ascendit. Et hoc pacto de ortu partis signi dicatur. Qui Bifariam diducitur in rectum & obliquum. ¶ Signum recte oriri dicitur cũ quo maior pars æquatoris oritur & ita de parte signi dicendum. ¶ Sed obliquæ: prone aut tortuose signum oritur cum quo minor pars æquatoris super Horizontẽ se attollit. Et ita quoq; de parte signi dicatur. ¶ Occasus autem Astronomicus signi est pars æquatoris quæ cum signo occidente tendit sub Horizontem. Idem de parte. Et etiam Bifariam secatur in rectum & obliquum. ¶ Occasus signi rectus est quoties maior pars æquatoris cum eo simul occidit: tenditq; occasum. ¶ Occasus signi pronus aut obliquus est quoties æquatoris portio minor sub Horizontem simul vnaq; cum signo demergitur. ¶ Et intelligitur maior portio æquatoris cum signo aut oriri aut cadere quoties plures triginta gradibus æquatoris cum signo aut emergunt aut decidunt. Et contra: minor si pauciores. triginta gradibus cum eo oriantur: occidantve: & hoc pacto de occasu partium intelligere facillimum est. ¶ Ortum autem signi Astrologi assueto vocabulo ascensionem nuncupãt. Occasum vero descensionem. ¶ Ascensio igitur signi quid est nisi pars equatoris quæ cum signo oriente per oritur. ¶ Descensio autem signi pars est æquatoris quæ signo occidente vna occidit & labitur. Et vtraq; in rectam & obliquam distinguitur quemadmodum de ortu & occasu iam supra notauimus. ¶ Cæterum nõ incõmode & hoc quidem hic notandũ est. Q; Astronomi Spheram diuidunt in rectam & obliquam. ¶ Sphæra recta est eorum qui sub equinoctiali circulo habitant quæ prouide recta dicitur q; illis pari interuallo in medio duorum polorum interstitio positis neuter polorum alteri magni eleuetur: & quia eorum Horizon æquinoctialẽ ad angulos rectos equoscq; intersecat.

Secunda pars

Sphera obliq̃ ¶ Sphera obliqua est sphera habitantiũ vltra citraq̃ ęquatorem: q̃ ideo obliqua: prona & decliuis dicitur q̃ ęquo interuallo in medio polorꝫ interstitio siti nõ sint: verum illis vnus polorꝫ semper eleuatur: alter aũt ijsdem super depressus occultatur. Aut q̃ illorꝫ horizon ęquinoctialẽ circulum ad angulos obliquos in ęqualesq̃ intercipit atq̃ secat: quẽ pinde horizonta artificialẽ nuncupãt q̃ diem artificialem a nocte artificiali dirimat & inæquales (nisi bis ĩ anno) reddat. Et semp obliquę decliuisq̃ sphęrę horizõtẽ angulis impibus æquatorẽ secare verũ esse cõstabit nisi omnino e directo sub polo iaceant horꝫ eẽ horizõ & æquinoctialẽ circulũ nõ intersecaret ĩmo eundẽ æquatori circulo: circulũ esse cõtingere. Sphærã tamẽ ꝓpter primã causarꝫ obliquã: decliuemq̃ habere censerentur q̃ alter polorꝫ illis eleuat maxime supemineret. alter vero maxime depssus semp occultaret. ¶ In sphæra igitur tũ recta tũ obliqua: signa zodiaci & eorꝫ ptes recte & obliq̃ ascendũt & descẽdũt: seq̃ntib' ꝓpositõib' id facile indicãtibus. Quare titulus cõmunis tabulæ. Ascensionũ habitantiũ sub æquinoctiali circulo quẽ plures circulũ directũ aut rectũ vocant nõ crude accipiẽdus est: ac si habitantibus sphęrã rectã solũmodo essent ascensiones rectæ & nullæ obliquæ. Titulus enim is est. Tabula ascensionũ rectarꝫ: qui hoc mõ accipiendus est. Tabula ascensionũ rectarꝫ. idest eorꝫ q̃ habitãt sphærã rectã vel eorꝫ qui sunt constituti sub circulo directo aut recto. Sic titulus tabulaꝝ colentiũ sphærã obliquã aut decliuem moderandus est. Declaratio tituli tabule sequentis. Cũ sonat Tabula ascensionũ obliquarꝫ ad latitudinẽ. 49. fere graduũ: obliquarꝫ. idest habitantiũ sphęram obliquã q̃ tis etiã ibidẽ aliqua signa recte aliqua oblique ascẽdãt & oriantur. ¶ In cõmunibus aũt nris locutiõibus cũ iubemur querere ascensionẽ rectam alicuius signi: partis vel etiã stellę id per tabulã ascensionũ rectarꝫ absoluimus: ac iussi essemus inuestigare ascensionẽ hmõi per tabulã ordinatã ꝓ sphæra recta aut vt alij dicũt ꝓ circulo directo siue recto. Item cum pcipimur elicere ascensionẽ obliquã ingredimur. Tabulã ꝓ sphæra obliqua confectã ordinatãq̃: de his satis. Ascẽsio gra. ¶ Præterea cõtuendum q̃ ascensio gradus zodiaci aut stellę pars est eq̃toris a principio Arietis initiũ numerationis sumens & in horizonte exortiuo cui gradus aut stella iungitur sese terminans. Quã si in sphæra recta cõputauerimus ascensionẽ rectam gradus aut stellæ appellabim'. Obliquã vero si supputationẽ in decliui sphęra pficerim'. Descẽsio gra. ¶ Descensio aũt gradus aut stellæ est portio ęquatoris ab initio Arietis in cõtactũ horizontis occidentalis cui gradus aut stella adhæret cõputata. ¶ De ascensiõe & descensione ęquatoris aduertẽda est hæc regula. Equinoctialis circulus tũ in sphęra recta: tũ decliui regularis vniformisq̃ ascendit & descendit. Ita vt in temporibus equalibus cõtinue æquales arcus portionesq̃ conscendant & descendant: quo fit vt cũ in omni horizonte. 24. horarꝫ interualla cõpletã equatoris circuli reuolutionem cõtineant in vna ergo qualibet hora continuo æquatoris. 15. gradus emergunt. Cuius ratio hæc sumit' quia in polis proprijs qui sunt primi mobilis circumferuntur cuius motus regularis & vniformis est semper. In proprijs igitur polis æquator motus. inexistens mobili regulari necessario regulariter mouetur. ¶ Regularitatẽ aũt motus ipsius ęquatoris ex nostro Astrolabio hoc pacto facile colliges. Siste principiũ equatoris ad horizontẽ orientalem. Cui Almuri applica. Quo facto ꝓmouere rete cũ Almuri initio equatoris immoranti ab hora sexta limbi æquali viq̃ in principium septime succedentis & videbis de æquatore. 15. gradus exortos: ꝓmoue cõseq̃nter rete & eius ostensorem ad initiũ octaue hore æqualis. & videbis in horizonte alios. 15. gradus æquatoris emersisse & ad q̃t quot horas ostensorẽ accõmodaueris semp. 15. gradus equatoris exortos conspicies.

Quare sponte confiteberis motum æquatoris esse vniformem & regularem. His tanq̃ prælibamentis sequentium propositionũ præhabitis stilum ad propositiones scitu dignas vertemus.

Propositio. XLVI. Secũde partis.

Vnius signi Zodiaci aut potius eclyptice vel pluriũ ascensionẽ & descensionẽ in sphæra recta facile nũerare. ¶ Horizontẽ sphęre recte in nr̃o instrumẽto ostendit diameter faciei p̃ transuersum astrolabij trãsiens. Cui' ps vna sinistrã versus Orientalẽ horizontẽ: & que versus dextrã occidentalẽ indicat: prout abũde ꝓpositiõe prima hui' secũde ptis disseruim'. ¶ Præterea hui' & seq̃ntiũ ꝓpositionũ exercitiũ aut p̃ gradus limbi ęq̃torẽ p̃ se ferentes: aut p̃ ęq̃torẽ retis in 360 grad' diductũ absolui pot. Et si opando ambor̃ modorum piculũ sumpseris iuenies eos ĩ nullo distare. ¶ Si igit' vni' signi dũtaxat signi ascẽsionẽ in circulo directo scire desyderas. Initiũ signi siste in lineã horizontis recti in pte oriẽtali: & almuri adiecto fac notã ĩ gradib' limbi aut qd' idẽ est in gradib' ęq̃toris retis Postea moue rete. Ita q̃ almuri initio signi firmiter adhæreat. Donec finis signi cadat ĩ eãdem lineã horizõtis recti: & iter̃ ad sitũ almuri fac notã in gradib' limbi aut equatoris. Deinde supputa gradus limbi aut æquatoris a prima nota vsq̃ in scd'am: tot em̃ gradus quot supputãdo collegisti de equatore ascendũt cũ tali signo in horizonte recto: qui ipsius ascensio aut ortus nũcupant'. Quos si per 15 diuiseris horas: & residuũ per q̃ttuor multiplicaueris minuta horę elicies & habebis horas & minuta q̃bus ꝓpositum signũ in sphęra recta exorit'. ¶ In exẽplo offert' mihi signũ Arietis cuius ascensionem in sphera recta numerare p̃cipior: principiũ eius applico horizonti recto in pte exortiuo & almuri vel ostẽsore adiecto pingo notã in gradibus limbi aut æquinoctialis. Postea rete cũ ostensore voluo vsq̃ quo termin' Arietis in lineã recti horizõtis ceciderit & ad ostẽsoris tactũ gradus limbi aut ęq̃toris nota afficio. Tandẽ cõputo aut ĩ limbo aut equatore gradus his notis interceptos & colligo pene 28. Dico igit' q̃ ascẽsio Arietis est 28 quasi graduũ tot em̃ Ariete oriente de equatore vna exoriuntur. Diuido 28 gradus per 15 & habeo 1 horam: & in residuo 13 gradus quos per quattuor multipico & emergunt 52 m̃ q̃re Aries in sphæra directa in vna hora æquali & 52 fere minutis ortum perficit. ¶ Non dissimili operatione ascensionẽ duor̃: triũ vel plurium signor̃ inuestigabis & id in exemplo facile capies ꝓponuntur mihi duo signa Virgo & Libra: quor̃ ascensionem in horizonte recto extrahere iubeor: sisto principium Virginis vna cũ Almuri ad horizontẽ rectum: & in limbo aut ęquatore pingo signaturã postea giro rete cũ Almuri vsq̃ quo finis libre recto horizonte iunget' & iterum facio signaturã. Et numeratis gradibus signaturis interiectis colligo fere 58 forsan min' 10 minutis ascẽsionẽ hor̃ duor̃ signor̃ in sphęra recta. ¶ Sic' iudiciũ est de portiõe vni' signi &c. ¶ Descẽsio aũt signi vel signor̃ aut portionũ zodiaci in circulo recto similis est ascẽsione quãobrẽ nõ est op' seorsum tradere quo pacto hmõi descẽsio cõputet'. ¶ Ceterũ si arcui eclypticæ aut signo zodiaci assignato: ascensionẽ in sphæra recta: a sectione vernali idest a principio Arietis initium numeratiõis sumendo: breui computo deputare volueris: siste finẽ oblati arc' aut signi super horizõtem rectũ in parte Orientali & gradus æquatoris Aranee tangens eundem Horizõtem

EXEMPLVM.

dicto citius indicabit tibi ascensionē ipsius in sphęra directa. Q; si h̄ per gradus limbi scire volueris: termino arcus aut signi in horizōte recto stante applica ostensorem ad principiū Arietis: & scribe notā in gradib' limbi. Postea nūera gradus limbi a linea horizontis recti vsq; in notā & habebis optatū. ¶ Exemplū breue pponit mihi arc' aut signū Leonis. Volo ꝓm modū iā expositū iuenire ei' ascensionē in sphęra recta. Finē signi Leonis addo horizōti recto & in pmptu video equatorē tangere horizontē in. 152. gradu. Sūt igit. 152. gradus ascēsio Leonis ī circulo recto abinitio sectiōis vernalis supputādo. Aut termio Leonis in horizōte recto durāte applico ostensorē principio Arietis & habeo in limbo ad situ ostēsoris. 152. gradus vt sup. Hic modus vsitatus est astrorū iudicib'. Dicūt em q̄re mihi ascensionē rectā Leonis: ac dicerent inuestiga mihi per tabulā ascensionū sphære recte: ascensionē Leonis ab Arietis initio cōputādo. Idem de descensione.

EXEMPLVM.

Propositio. XLVII. Secūde partis.

Q Vesigna recte ⁊ que oblique in sphera recta oriant occidat; paucis absoluere. Sūpto expimēto p pppositionē antecedente de ortu & occasu singulorū signorū: iuenies Arietē. Taurū. Leonē Virginē. Librā. Scorpiū. Aq̄riū & Pisces ī circulo directo obliquæ oriri & descēdere Nā cuiuslibet signi seorsū examīati: portio æq̄toris vna cōscēdēs vl descēdēs trigenis gradib' mior est. Gemios. Cācrū. Sagictariū. & Capricornū. Hæc q̄ttuor tm̄ rectę oriri & occidere affirmat: qa ęq̄toris portio eorū ortui & occasui rndens trigenis gradib' maior est. Colliges etiā diligēti examīe adhibito: signa opposita ęq̄les habere ascensiones descensiōesq;. Hæc & quædā alia subiecta formula facile deprehenduntur.

Tabella Ortus ⁊ Occasus Signorū in Spera Recta Integris signis seorsum acceptis accommodata.

		G	M	h^e	m̄	2^e			G	M	h^e	m̄	2^e
Oblique	Aries	27	54	1	51	36	Oblique	Libra	27	54	1	51	36
Oblique	Taurus	29	54	1	59	36	Oblique	Scorpi'	29	54	1	59	36
Recte	Gemini	32	12	2	8	38	Recte	Sagita.	32	12	2	8	38
Recte	Cancer	32	12	2	8	38	Recte	Caprico	32	12	2	8	38
Oblique	Leo	29	54	1	59	36	Oblique	Aquari'	29	54	1	59	36
Oblique	Virgo	27	54	1	51	36	Oblique	Pisces	27	54	1	51	36

¶ Quare nō imerito hi reprehēsiōe digni sunt: qui Lucani metra pperā interptantes: affirmāt cōstitutis in equinoctiali circulo oia signa recte oriri & occidere qa semp maior pars equatoris oriat occidatq;. Cū iam liquidū sit sub æquinoctiali. 8. signa oblique & q̄ttuor tm̄ recte oriri & occidere. Inquit em Lucanus Nono Phar.

Deprensum est hunc esse locum: quo circulus alti.
Solsticij medium signorum percutit orbem.

Nec obliqua meant; nec Tauro Scorpius exit.
Rectior; aut Aries donat sua tempora Libre.
Aut astrea iubet lentos descendere Pisces.
Par Geminis chiron; & idem quod carcinus ardens.
Humidus ego ceros; nec plus Leo tollitur vrna.

Loquitur poeta de processu Catonis & exercitus ipsius per arentē libiā versus ęquatorem vbi sunt Garamantes; Syrtes; templū Iouis aminonis; & eius fons cum ait. Deprensum est hunc esse locū &c. Et cū subiungit nō obliqua meant. Loquitur de signis oppositis; ac diceret signa zodiaci opposita nō meant, idest pcedunt oriendo aut occidendo obliqua hoc est vnū obliquius alio sibi obiecto. Sed signa opposita habēt ascēsiones & descensiones ęquales. Nec aliud rectius aut obliquius oritur aut occidit reliquo sed vniformiter sat est.

Propositio. XLVIII. Secūde partis.

ASCensionē rectā gradus eclyptice ⁊ stelle breuiter cōputare. ¶ Si ascensiōes cuiuslibet gradus eclypticę aut zodiaci aut stellę cuiusuis cognoscere volueris. Siste gradū aut circumē stellę super horizontē rectū exortiuū & iuncto ostēsore mox ī ęqtore intueberis ascensionē rectā huic gradui pposito aut stellę rndentē; cōputandā a sectiōe vernali hoc est a principio Arietis. Qz si eandē in gradib' limbi nūerare optaueris; opare put iāiam instituimus. Ostensorē tn sectiōi vernali adijcito; gradib' limbi notā inscribēdo. Postea a linea horizōtis recti nūera gradus limbi vsqz in notā inscriptā & habebis optatū. Est aūt ascensio recta gradus aut stellę ei' descēsio vt plene. s. patuit. ¶ Verbi gratia obijcit mihi. 5. grad' Virgis cui' ascēsionē rectā lubeor iuestigare; pono eundē sup horizontē rectū ī pte oriētali; & iūcto ostensore; capio ī ęqtore. 157. fere grad' ascensiōem rectā pppositi grad'. Itē reti sic stāte; addo oñsorē sectiōi vernali & pingo notā in gradibus limbi. Et nūerādo ab horizōte recto oriētali in notā vsqz colligo. 157. gradus. vt supra. ¶ Item offertur mihi stella Tauri Aldebaran cuius ascensionē rectā inuenio hoc modo cacumen memoratę stellę applico horizōti recto; & video in ęquatore aut limbo ꝑm operationē iam expositam. 61. ppemodū gradus; ascensionē rectā eiusdem.

EXEMPLVM

Propositiō. XLIX. Secūde ptis.

EX ascensiōe recta stelle cognita arcū eclypticę sibi coascendentē indagare. ¶ Reti īuariabiliter stante p ascensiōe recta stellę ꝑm doctrinā ppositiōis antecedētis. Cōputa signa & grad' zodiaci ab Ariete iniciādo vsqz ad horizontē rectū exortiuū. Hęc em signa; hi grad' quotqt supputādo cōgesseris arcū eclypticę coascendentē palā faciūt. ¶ Repetat' gra exēpli per ppositionē antecedentē ascensio recta stellę Aldebaran. 61. graduū cupio expiri arcum eclypticę huic ascensiōi rndentē. sisto stella ac si primū ascensionē rectā extrahere velim; & noto cōtactū lineę eclypticę cū horizōte recto; & facta nūeratiōe a principio Arietis vsqz in notā. Colligo. 2. signa &. 3. fere gradus de gradib' Geminorz. ecce arcus eclypticę duorz signorz & triū graduū ascensiōi recte debitus.

Secunda pars

Propositio Quinquagesima. Secũde ptis.

ARcui eclyptice quãtocũq; ascensionem ĩ sphæra obliqua p certũ computũ deputare. ¶ Arcũ eclypticæ vocamus vnum signum aut partem eius siue duo; tria aut plura signa. Quorꝫ ascensiones in sphera obliqua cognitu facillime sunt si ea quæ circa ascensiões spære rectæ In ppositiõe q̃dragesima sexta manuimus & opati sumus recte didicisti. Aduerte tamen ascensiones & etiã descensiões sphęre decliuis p astrolabiũ reptas solũmodo seruituras huic habitationi ad quã mater aut tabula astrolabij fm poli borealis supra horizontem cõposita est. ¶ Vnius igitur signi seorsum in sphæra obliqua ascensio ĩ modo inuestigatur. Principiũ signi applica horizonti obliquo in parte orientali quẽ primũ almicantharat facile indicat; Et almuri adiuncto fac punctũ in gradibus limbi. Deinde pmouerete vna cũ almuri principio signi fixe ĩmoranti vsq; quo exitus signi ceciderit sup eundẽ horizontẽ obliquũ; & iterꝫ fac punctũ in limbo ad tactũ Almuri; & gradus quibus mouet almuri a primo puncto vsq; in scdm erũt ascensio eiusdẽ signi p eleuatiõe poli ad quã astrolabiũ est confectum. ¶ Diductis gradibus ascensiõis p 15. exibunt horæ & residuo p quattuor mltiplicato pueniũt minuta; qbus horis & minutis signũ oblatũ in sphæra obliqua peroriũ. ¶ Qꝫ si idem p equatorẽ in suos gradus partitũ absoluere volueris. Initio signi vt iam docuimus horizõti obliquo applicato ad cõtactũ horizontis & equatoris fac notã in equatore. Deinde reti moto taliter q; finis signi horizonti obliquo iungit; denuo ad tactum horizontis & æquatoris scribe notam in æquatore. Enumerati gradus his notis intercepti ostendũt tibi ascensionẽ signi in sphæra obliqua. ¶ Exemplũ prime opatiõis. Cupio elicere ascensionẽ signi Leonis seorsum. In sphæra obliqua ad eleuationẽ polarẽ. 49. fere graduũ. Initium Leonis pono in parte exortiua sup horizontẽ obliquum & ostensore iuncto pingo notã in gradibus limbi. Deinde reti vna cũ almuri motis statuo finẽ eiusdẽ signi in eodẽ horizõte; & rursus locum Almuri in limbo nota afficio. Tandẽ supputo gradus his notis interpositos; & colligo. 41. gradus. & 15. pene minuta. ascensionẽ Leonis per se in sphæra obliqua. Cætera oia facilia sunt. Ideo transeo. ¶ Cõsimilis operatio est cũ duobus; tribus; aut quattuor signis siue aliq; alio arcu eclypticæ seorsum accepto ¶ Adhabendũ aũt ascensiões arcuũ eclypticæ hoc est signorꝫ; aut graduum siue etiam stellæ in sphæra decliui a sectiõe vernali cõputãdo pone initiũ. Arietis. super horizontẽ obliquum in parte orientis & ostensore iũcto nota locũ eius in gradibus marginis postea mouerete vna cũ ostensore donec finis arcus eclypticæ aut signi; aut gradus signi; aut apiculus stellæ cadat super eundẽ horizõtem & gradus quib' motus est ostensor sunt ascensio signi; gradus aut stellę in sphæra obliqua a principio Arietis cõputata. ¶ In exemplo facilius accipies; habeat arcus quidã eclypticæ ppositus finẽ Leonis. Volo inuenire ascensionẽ eius in sphæra obliqua. In habitatione vbi polus eleuatur feræ 49. gradibus. Initium Arietis addo horizonti obliquo in parte orientali & applicato almuri facio signũ in gradibus marginis aut limbi. Deinde rete cum Almuri in initio Arietis durante moueo vsq; quo finis Leonis memorato horizõnti inunguẽ copulabitur & iterum facio signũ ad situm Almuri. Demũ numero gradus; signis his interceptos & colligo ascensionem a sectione vernali computatam. 139. quasi graduũ. In

EXEMPLVM.

EXEMPLVM.

sphęra obliqua & pro polari eleuatione, 49, fere graduum. Non aliter exemplificandum est de stellis fixis siue erraticis &c. Idem potęs absoluere per æquatorem retis in suas partes distributum facile est ideo transeo.

Propositio. LI. Secũde partis.

DEscensiones signi aut signorum seorsum; siue a sectõne vernali; & partium signorum. Item stellarum in sphæra obliqua breuiter computare. ¶ Operatio descẽsionum extrahendarum & cognoscendarum signi vel signorum & partium seorsum non distat ab operatione ascensionum tradita in propositione antecedente; preter id q̃ in horizonte obliquo occidẽtali easdem inuestigamus atq̃ absoluimus. Quare exemplari duntaxat commutatione lectoribus satisfaciemus. ¶ Repetatur per propositionem præcedentẽ signum Leonis singulatim acceptum eius ascensionem in sphæra obliqua extraximus. Nunc eiusdẽ descensionẽ hoc pacto inuestigabimus. Initiũ Leonis pono super horizontẽ obliquũ occiduũ & iuncto Almuri pingo notã in limbo; aut in æquatore ad cõtactũ tñ ipsius cum horizonte decliui. Deinde voluo rete cum almuri principio Leonis inhærẽti; taliter q̃ finis Leonis horizonti obliquo pręcisę iungetur & rursus facio notã in limbo aut in æquatore ad tactũ eius cũ horizonte. Deinceps cõputo aut in limbo aut ęquatore gradus notis interpositos; & inuenio descensionẽ Leonis, 18, graduũ, &, 30, fere minutorũ in sphæra obliqua vbi polus borealis subleuat, 49, fere gradibus. Haud aliter operor cũ pluribus signis seorsum acceptis. ¶ Pro signis aũt quorũ descensiões a principio Arietis in limbo sũt nũerande. Sicq̃ stellis fixis aut erraticis (In æquatore enim nulla est difficultas) sic, pcede siste initiũ Arietis sup horizontẽ obliquũ in parte occidẽtali & iuncto Almuri fac signaturã in limbo. Deinde volue rete cũ Almuri versus lineam mediæ noctis quousq̃ finis vltimi signi ppositi aut cacumẽ stellæ ceciderit sup eundem Horizotem & rursus fac signaturam in limbo ad tactũ almuri. Præterea numera a prima signatura in secũdam. Incipiendo, 5, 10, 15, 20, &c. Continuando de, 5, in 5, vsq̃ in secundam signaturam & quod sic numerando conflabis descensionem ppositorum signorum aut stellę; a principio Arietis in sphæra obliqua indicat. Vel (& est idem) a numero graduum limbo in scripto quẽ almuri ostendit; subtrahe, 180, gradus cum accõmodatione, 360, si alias subtractio fieri nequeat; & residuũ tene pro descensione &c.

EXEMPLVM.

Propositio. LII. Secũde partis.

QVe signa in sphera obliqua: recte: et que oblique oriantur occidantq̃ paucis perstringere: Per duas propositões pcedentes sume candide lector singulorũ signorũ ascẽsiões siue ortus & descensiones siue occasus & experimento certior eris sex signa puta Cancrum Leonem

Virginem. Libram. Scorpium. & Sagictarium. recte oriri & oblique cadere. Nam cũ quouis signo per se examinato portionem æquatoris vna conscendentẽ trigenis gradibus maiorem & vna decidentem trigenis minorem reperies. Contra Capricornum Aquarium. Pisces. Arietem. Taurum. Geminos. oblique proneq; oriri. & recte occidere profiteberis. Quare non incongrue infertur. In sphęra decliui sex signa recte orientia: oblique occidere & sex oblique orientia recte cadere. Præterea infertur. Cuiusuis signi ascensionem esse descensionem signi oppositi: & descensionem: obiecti ascẽsionem. Recte igitur dixit poeta.

Recta meant: obliqua cadunt a sydere canori.
Donec finitur chiron: sed cætera signa.
Nascuntur prono: descendunt tramite recto.

HEC ET ALIA EX SVBIECTA TABELLA FACILE ELICIVNTVR.

Tabella Ortus et Occasus Signorum per se acceptorũ in Spera Obliqua Et ad Eleuatões Poli Borealis. XLIX. fere Graduum.

	Ortus			Tẽpus Ortus			Occasus			Tempus Occasus		
Signa		G	M	H	m	2		G	M	H	m	2
Aries	Ob	14	31	0	58	4	Re	41	17	2	45	8
Taur⁹	Ob	18	33	1	14	12	Re	41	15	2	45	0
Geni.	Ob	27	18	1	49	12	Re	37	6	2	28	24
Canc.	Re	37	6	2	28	24	Ob	27	18	1	49	12
Leo	Re	41	15	2	45	0	Ob	18	33	1	14	12
Virg.	Re	41	17	2	45	8	Ob	14	31	0	58	4

	Ortus			Tẽpus Ortus			Occasus			Tempus Occasus		
Signa		G	M	H	m	2		G	M	H	m	2
Libra	Re	41	17	2	45	8	Ob	14	31	0	58	4
Scorp.	Re	41	15	2	45	0	Ob	18	33	1	14	12
Sagic.	Re	37	6	2	28	24	Ob	27	18	1	49	12
Capcor	Ob	27	18	1	49	12	Re	37	6	2	28	24
Aqua.	Ob	18	33	1	14	12	Re	41	15	2	45	0
Pisces	Ob	14	31	0	58	4	Re	41	17	2	45	8

Propositio. LIII. Secũde partis.

Quantus arcus eclyptice debeat cui cunq; ascensioni vel descensioni oblatæ in sphæra obliqua pscrutari. ¶ Oblatum arcum ascensioni numera inæquatore a principio sectionis vernalis; & finem numerati arcus applica præcisius quo potes horizonti obliquo orientali & illico gradus eclypticæ eundem horizontem tangens palam faciet tibi arcũ eclypticę huic ascensioni debitum scilicet signa & gradus a principio Arietis vsq; in gradum contactus. ¶ Si autem per limbũ operari volueris; cõputa arcum oblatæ ascensionis in gradibus limbi a linea horizontis recti orientalis versus meridiem & vltra si opus fuerit: & fini iunge principium Arietis & gradus eclypticæ tangens horizõtem obliquum negocium tibi absoluet pro modo iam supra exposito. ¶ In exemplo. Offertur mihi ascensio obliqua arcus stellę aut gradus eclypticę. 105. graduũ: quos si in equatore cõputauero & finem centesimi & quinti gradus horizonti obliquo exortiuo iunxero. Video quintum gradum Leonis horizontem tangere. Vnde concludo arcum eclypticę: oblate ascensioni debitum esse quattuor signorum & quincq; graduũ. Idem est si numerauero. 105. gradus in limbo ab horizonti recto orientali versus meridiẽ & vltra & fini adiumento ostensoris principium Arietis copulauero; habeo vt antea quintum gradum Leonis in horizonte. Vnde infero vt supra. Hæc de arcu eclyptice. quæ ascensioni debetur. Nunc de arcu eclypticæ quæ descensioni proposite respõdet breuiter dicemus. Propositam descensionẽ supputa in æquatore ab initio. Arietis. & terminum eiusdem descensionis iunge horizonti obliquo occidẽtali; quo facto gradus eclypticę eundem horizontem tangens indicabit tibi arcum eclypticę huic descensioni debitum a principio Arietis numerandum. ¶ Si autem te delectat operatio in gradibus limbi. Arcum oblatæ descensionis numera in gradibus limbi; sumendo principium numerationis a linea horizontis recti occidui procedendo versus lineam medię noctis & vltra ꝓm numeri quantitatem si opus fuerit. & fini adiumento ostensoris iunge principium Arietis. & gradus eclypticæ horizontem obliquum in parte occidentis possidens pandet tibi arcum eclypticæ a sectione vernali supputandũ. ¶ Exemplum breue: proponitur mihi descensio oliqua alicuius gradus eclypticæ aut stellę. 105. graduum quos computo inæquatore ab initio Arietis & vltimum gradum. scilicet quintum post centesimum applico horizõti obliquo occidẽtali & video iam memoratum horizontem tangere eclypticam in. 18. gradu Geminorum. Vnde infero arcum eclypticę proposite descensioni respondentem esse duorum signorũ & 18. graduum quod fuit petitum. sat est.

EXEMPLVM.

EXEMPLVM

Propositio. LIIII. Secũde partis.

Nitia duodecim domorũ celi facile constituere. ¶ Equandarum domorum ex nostro astrolabio duos accepimus modos. ¶ Quorum primus est Nicephoro Philosopho Greco Messa-

hallæ, Ioanni eligero & vetustis astronomis vsitatissimus. ¶ Secũdus est modernorũ astronomorum præcipuæ Ioannis de Monteregio; Germani astronomicæ disciplinæ restauratoris & defensoris egregij quem ipse cõmodiorem rationalemq; vocat. De his duobus modis & etiam quodam tertio quem idem futilem & alienum a mentibus antiquorum philosophorũ noiat; consule eius scripta in almagestũ, idest in cõpositionẽ maiorem Ptolemæi.

De prio modo accipe hec pauca. Cũ qualibet

hora aut quocũq; tẽpore oblato; duodecim cœlestia domicilia; quibus i suis iudicijs astrologi vtuntur; erigere; constituere aut æquare hoc est eorundem principia aut cuspides (vt aiunt) inuenire volueris. Per propositionem, 28, huius (quam præambulam & isagogicam in duodenariam cœli partitionem appellauimus) ad horam aut tempus oblatum disce gradum ascendentem quem horoscopum nominamus. Quem in unguem applica horizonti obliquo in parte orientali; & ipse gradus ascendens; est initium & cuspis prime domus; & Nadair eius, idest gradus oppositus in Zodiaco; cadens super Horizontem occidẽtalem est principium aut cuspis septime domus quæ semper primæ opponitur domui; & dicitur gradus descendens. Gradus autem tangens lineam mediæ noctis; quarte domui initium donat. Cuius obiectus lineam meridianam possidens exordium decimæ domui quã regiam vocitamus aperit. ¶ Præterea gradum ascendentem applica arcui octauæ horæ inæqualis; & gradus retis tangens lineam memoratam mediæ noctis secundam initiatur domum. Cuius e regione locatus gradus initio octaue domus præficitur. ¶ Rursus gradum ascendentem immitte arcui decimæ horæ inæqualis; graduscq; lineam mediæ noctis occupãs initium est tertiæ domus Et eius Nadair meridianam tenens lineam nonam domũ principiatur. ¶ His absolutis; pone gradum initiantem septimam domũ super arcum secundę horæ inæqualis & gradus retis in lineam mediæ noctis cadens initio quintę domus alligatur. Et Nadair eius lineæ meridianæ adhærens vndecimam domum initiatur. ¶ Demum eundem gradum septimæ domus adiunge arcui quartæ horæ inæqualis & gradus lineam mediæ noctis possidens sexte domui dat initium. Cuius oppositus meridianam lineam tenens capiti duodecimæ domus adaptatur. Et sic habes omnes cœlestes domus æquatas fm modum primum. Quarum prima, quarta; septima & decima appellantur cardines; domus aut anguli principales siue primarij. Secunda quinta octaua & vndecima quæ præfatas immediate sequuntur; succedentes nominantur. Reliquas autem quattuor puta Tertiam sextam nonam & duodecimã; cadentes appellare cõsueuimus. ¶ Hos gradus omnes; duodecim domib' cœli principia dantes vna cum signis quibus continentur extra scribe in abaco obseruata domorũ serie & tandem inscribe figuræ aut Schemati Geometrico pro vt infra in exemplo edoceberis. ¶ Sit igitur gratia exẽpli natiuitas cuiusdã hoĩs. Anno xpi, 1510, currente die, 15, Mẽsis Iunij, hora q̃rta æq̃li postmeridiana, Iubeor erigere ad tempus propositum figuram, 12, domorum cœlestium. ¶ Principio in quodam plano describo via geometrica schema cœli generale quẽadmodũ infra depictũ videt. Deinde elicio verum locum Solis ad tempus propositum; quẽ inuenio in tertio gradu Cancri. Eũq; diligenter signo in Eclyptica retis. Præterea applico Almuri ad horam Quartam

EXEMPLVM.

postmeridianam in limbo quæ fuit hora propositę geniturę: & voluo rete taliter q̃ tertius gradus Cancri præcise in linea fiduciæ ipsius Almuri iaceat. Quo facto in horizonte exortiuo obliquo video ascendere. 16m. gradũ Scorpij. Ita q̃ fere totus est ortus Est igitur. 16. gradus Scorpij: ascendens & horoscopus huius genituræ: principiũq̃ prime domus. Quare ad lineam vel cuspidem schematis prime domus scribo caracterem Scorpij & gradum eius. 16m. sic. ♏. 16. Oppositus aũt huius gradus est. 16. Tauri qui ponitur in horizonte occidentali initium dans septime domui quæ prime diametraliter obijcitur: quare ad lineã septime domus schematis scribo. ♉. 16. Deinceps reti inuariato venio ad lineam mediæ noctis quæ imum cœli & initium quarte domus nuncupatur: & offendo ibidem primum gradum Piscium: scribo igitur ad lineam quarte domus schematis sic. ♓. 1 Et gradus huic oppositus est primus Virginis lineam medij cœli aut meridiei possidens principium dans decime domui: opposite quartæ. Quapropter ad lineam decimæ domus schematis exaro. ♍. 1. & sic habeo q̃ttuor domus primarias: de quarum inuentione supra propositione. 28. abunde diximus. Quibus habitis principia reliquarum. 8. domorum ꝓm hunc modum primũ hoc pacto extrahuntur. Gradũ ascendentẽ vel initium prime domus scilicet. 16. Scorpij pono super arcum octaue hore in æqualis: & cerno lineam medie noctis tangere. 21. gradum sagictarij qui mihi initium secunde domus ostendit. Scribo igitur ad lineam secundę domus schematis. ♐. 21. Cuius nadair est. 21. gradus Geminorum locatus in linea meridiana. Indicans mihi principiũ octaue domus: ad lineam ergo octaue domus exaro. ♊. 21. Postea gradum ascendentem promoueo in arcũ decime horę inęqualis: & habeo in linea medię noctis quasi 25. gradum Capricorni. dantem initium tertie domui: quare ad lineam tertie domus schematis pingo. ♑. 25. fere. Cui in linea meridiana opponitur. 25. quasi Cancri principium None domus: scribo igitur ad lineam nonę domus. ♋. 25. fere. His quattuor domibus constructis relinquo gradum ascendentis. & venio ad gradum septime domus. descendentem qui est. 16. Tauri: quã pono super arcum secunde hore inæqualis: & video in linea medie noctis 26. gradum Piscium. quintam domũ initiantem: exaro ergo ad cuspidem quinte domus. ♓. 26. Cuius Nadair in linea meridiana existens: est. 26. Virginis: principium vndecime domus. Quare lineæ vndecime domus ascribo. ♍. 26. Tandẽ gradum septime domus. scilicet. 16. Tauri. applico arcui quarte horę inæqualis & habeo ĩ linea medie noctis. 22. gradum Arietis dantem principium sexte domui. Quapropter lineę sexte domus in scribo. ♈. 22. Cui opponitur. 26. gradus Libre initians duodecimã domũ. Quare ad lineam duodecime domus scribo. ♎. 22. Et sic habeo principia. 12. cœlestium domorũ ꝓm mentem primi modi.

CVIVS TALIS MODI PINGO SCHEMA.

Figura geniture N.



Secūdus modus iueniēdi initia.xij. celestiū domiciliorū est modernorū astronomorū: pręcipue Ioānis de regio mōte & Georgij purbachij quē pbāt rōib' validissimis eē veriorē alijs modis oīb': q̄re eundē rōnalē vocāt lā vsitat' admodū ī schol' vniū salib': a prio nō ī q̄t^or cardīb' pricipalib' mie discordās: ī reliqs ꝗo sępe nūero. Pro c' cognitiōe ī nro astrolabio iscripti st q̄ttuor arc' trāseūtes p intersectionē horizōtis obliq & lineę medię noctis. Qui q̄ttuor arc' vna cū horizōte obliq & linea diametrali trāseūte ab armilla p cētrū astrolabij ī ptē oppositā (meridianū circulū pse ferēte) totū celū ī.12. ptes (inęq̄les tn) distribuūt q̄s domos appellamus. Horizō igit obliqu' ī pte orietali initiū prie dom' & gradū ascēdentē: horoscopū: nob manifestat. Deīn arc' subseqns mēsatū horizōtē: ꝗsus lineā medię noctis aut angulū tre trāseūdo pricipiū scd'e dom' apit: & iterū seqns initiū tertie. Linea aut medię noctis seruit pricipio q̄rte dom': & seqns arc' ꝗsus dextrā qntā domū iniciat: & sic cōseqnter pcedēdū ē: vsq; ī arcū.12^e. dom'. Et st semp sex dom' sub tra siue horizōte. scz.1^a.2^a.3^a 4^a.5^a.& 6^a. Reliq sex st s. horizōtē aut trā. scz.7^a.8^a.9^a.10.11.12. Hui' modi scd'i hanc sumē opationē. Ad tps qd'cūq; ppositū p ppositionē.28. hui' addisce gradū ascendē-

tem: quē officio retis horizōti obliq; oriētali iunguē applica & reti sic stante initia .12. domorū ī arcub' & lineis iā.s. expositis siñ oī difficultate patebūt. Sic: grad' retis tāgēs horizōtē obliquum exortiuū dat initiū prīe domui: q̄re eūdē & ei' signū inscribe figure cœlesti ad h̄ ppate & depictę circa lineā aut cuspidē prīe dom'. Deiñ grad' retis tangēs arcū scd'e dom' Initiat scd'am domū: scribe g ipm & ei' signū circa lineā scd'e dom' figure. Itē grad' retis adiect' arcui tertie dom' eiusdē ñdit pricipiū: q̄re ipe & ei' signū in lineā tertie dom' figure inscribēdi sūt. Sic' em obserua formā oandi p oēs lineas & arc' oīm aliarū domorū fm ordinē vsq; in duodecima. Et h̄ pacto cū magna facilitate & fere siñ labore potes cōstituere .12. domos cœlestes ad oīe tps oblatū: pteritū: pns: & futurū. In exēplo pponit mihi. Cōiūctio Solis & lunæ mēsis. Augusti. Quę anno Christi .1510. currēte cadet in q̄rtū diē eiusdē mēsis postmeridiē hora .6. minuto .22. ad quā pcipior erigere figurā .12. domorū p aura dijudicanda. Ad idē igit tēpus inuenio Solē fere in .21. gradu Leonis: quē noto in gradib' retis. & p adiunctā regulā applico eundē gradū: vigesimo secūdo minuto post horā sextā postmeridianā in horis æqualibus: quo facto video in pmptu. In arcubus & lineis .12. domorū pricipia omniū domorū fm ordinē: quæ inscribo schemati in hunc modū.

EXEMPLVM.

Thema cæleste.



Secunda pars

Aduertendũ tñ q̃ ſex domibus quãtũ ad earũ initia cognitis alie ſex p̃ diametralẽ oppoſitionẽ in iſo zodiaco facillime cognoſcent. Primę em domui opponit ſeptia. Secunde octaua. Tertię nona. Quarte decima. Quinte vndecia. & Sexte duodecima. His etiã domib⁹ ex Ephemeride inſcribe vera planetarꝝ loca nec nõ ſtellas fixas fulgãtiores potioreſq̃. In eã em domũ planetã intrudes q̃ eius gradũ ſub quo planeta decurrit in figura cœleſti comp̃hẽdit. In quã aũt domũ ſtellę firmę cadant arcus & lineæ domorꝝ aperte indicant. & p̃ iam expoſitũ cœleſte ſchema facile informaberis.

Propoſitio. LV. Secũde partis.



Aſpectus z radiatiões planetarũ vtiliter cognoſcere. ¶ Cũ ſciẽtia de planetarꝝ aſpectib⁹ tã in aſtrologicis q̃ phiſicis iudicijs ſit valde vtilis & neceſſaria. Nã criſes morborꝝ: cęterique naturæ effectus ad bonũ vel malũ varietate aſpectuũ ſupiorꝝ corporꝝ variant. Teſtãte Iacob Alkindo radiatiões planetarꝝ eſſe fundamẽtũ & radicẽ iudiciorꝝ. Ideo nouitijs adoleſcentibus aſtronomicas inſtitutiões adire volẽtib⁹ paucula q̃dã de planetarꝝ aſpectibus in Zodiaco dũtaxat ſumptis explicabim⁹. Nã de his reb⁹ alibi abundi⁹ tractare creuim⁹. ¶ Notandũ igit q̃ aſpect⁹ aut radiatio eſt certa habitudo & diſtãtia planetarꝝ ĩ diuerſis p̃tib⁹ circuli quib⁹ ſeſe ĩ ſuis influxib⁹ iuuãt aut impediũt notabiliter. Et iſto modo acceptiõis aſpect⁹. Cõiũctio ꝓprie nõ dicit aſpect⁹: q̃a nõ eſt certa planetarꝝ diſtãtia &c̃. Planetæ em qñ cõiunguntur ſm longitudinẽ tũc ſũt in vno ſigno. In vno gradu & minuto. ſigni igit nõ diſtãt. Niſi largiori mõ accipiat aſpectus ꝓut capiũt Albumaſar. & Lincoñ. ſcz p̃ omi habitudie q̃ planeta alteri influẽtia & virtutẽ ſuã largiri poterit. Accipiẽdo igit cõiter aſpectũ q̃nq̃ erũt ſcz. Cõiũctio. Sextilis. Quartus. Trinus & Oppoſitus. Strictiori tñ vocabulo tm q̃ttuor poſtremi erũt dẽpta cõiũctiõe. ¶ Cõiũctio igit quãtũ ad ꝓpoſitũ ſufficit q̃ ſm longitudinẽ zodiaci accipit eſt planetarꝝ coitio in vno ſigno: ſigni gradu & minuto. ¶ Aſpect⁹ ſextilis ſiue hexagonus eſt diſtantia planetarꝝ p̃ ſextã circuli aut zodiaci portionẽ q̃ duo ſigna cõtinet: aut. 60. gradus q̃ ſunt q̃ntitas duorꝝ ſignorꝝ. Vt planeta exiſtẽs in p̃cipio Arietis reſpicit aliũ exiſtentem in p̃cipio Geminorꝝ hmõi aſpectu & eſt mediocriter ꝓſpera fœlixq̃ radiatio vel (vt aiũt) latentis beniuolẽtie ac imp̃fecte amicitiæ. ¶ Aſpectus Quartus. Quadratus ſiue tetragonus eſt diſtãtia planetarꝝ p̃ quartã circuli p̃tẽ: q̃ tria ſigna cõplectit aut. 90. gradus q̃ ſunt q̃ntitas triũ ſignorꝝ. & eſt hic aſpect⁹ minax: malicioſus diſcors atq̃ medię inimicitie. ¶ Trinus aut trigonus aſpectus eſt planetarꝝ diſtãtia p̃ tertiam circuli portionẽ. Eo q̃ teneat tertiã p̃tem circuli: hoc eſt q̃ttuor ſigna cõpleta aut. 120. gradus & eſt aſpectus fœlix & proſper: perfecte concordie & amicitiæ. ¶ Aſpectus oppoſitus aut diametralis eſt diſtãtia planetarꝝ p̃ medietatẽ circuli. Eo q̃ cõtineat ſex ſigna aut. 180. gradus: & eſt aſpectus malignus & minax: p̃fectęq̃ & patñtis inimicitię. Exempla oim ſunt facilia. ¶ Scire etiã debem⁹: ex ſnia Iulij firmici: Albumaſaris & alio-

De aſpectibus tractant hi.

Ptolemæus Pheludianus In quadri. trac. 1°. c. 14. & eius cõ.
Iulius firmicus. Li. 2. c. 25.
Marcus manilius. Li. 2. c. 7.
Albumaſar in Introduc. maiori.
Alkabitius dra. 1°. & eius cõ.
Guido bonatus trac. 2°. c. 13.
Leupoldus auſtrie &c̃. Io. Eſchcuid⁹. trac. 1. diſt. 12. Io. Lincoñ.

rum duplicem esse aspectum dextrũ, scilicet & sinistrũ. Dexter aspectus sextilis quartus aut trinus est contra successionẽ signorũ. Sinister vero ꝑ successionẽ signorum. ¶ In exemplis Luna in principio Arietis inuẽta; habet aspectũ Hexagonũ dextrũ ad Iouem in principio Aquarij repertũ quia Luna a Ioue abest duobus signis; quę a Luna in Iouem cõtra signorũ consequentiã numerantur; igitur. Item luna in principio Arietis facit aspectũ sextilem sinistrũ ad Venerẽ in principio Geminorũ repertã. Nã a Luna cõputãtur, 2, signa in Venerem ꝑ signorũ sequelã, quare &c. Præterea Luna ĩ exordio Arietis inuẽta aspicit Iouẽ quadrato dextro in principio Capricorni inuentum & Venerẽ quadrato sinistro in Cancri initio repertã. Eadem Luna principiũ Arietis possidens trigonica radiatiõe dextra afficit Iouem. In principio Sagictarij existentem. Et sinistra Venerem principiũ Leonis occupantẽ. & tandẽ Luna vt supra radiatione opposita aspicit Iouẽ initiũ libre adeuntẽ. Simile sume iudiciũ de alijs signis & planetis. ¶ His prænotatis si aspectus planetarum in Zodiaco scire desideras. Addisce ex ephemeride aut aliunde vera loca planetarum, oppositorũ, & ea in eclyptica retis signa: & vide distãtias eorũ: quos si offenderis p. 60. gradus distare. Dic eos esse in aspectu sextili. Si p. 90. in aspectu quarto. Si per. 120. in aspectu trino. Quos vero p. 180. in aspectu opposito. Si autem nõ præcise inueneris numerũ p̃dictorũ graduum. Sed minus quattuor; quinq; aut sex gradibus; dicas esse applicationẽ ad aspectum. Si plus quattuor quinq; vel sex gradibus pronuncia separationem & recessum ab aspectu. ¶ In exemplo. Anno christi. 1510. cur. 29. die mensis Iulij ad meridiẽ inuenio Lunam in Geminis. 5. quasi gradu & Saturnũ in Libra. quinto fere gradu. Cupio scire an ne quopiam aspectu sese afficiant. Signo igit̃ in reti pro Luna. 5ᵐ. gradum Geminorũ & pro Saturno. 5ᵐ. gradum Libre. & computo a Luna in Saturnum ꝑ ordinem signorum gradus interceptos; & inuenio. 120. Dico ergo Lunam aspicere Saturnũ aspectu trino sinistro. ¶ Hic non est silentio prætereundum. Q; si quam planeta latitudinẽ habuerit parum poterit per eam aspectus in eclyptica impediri etiam & latitudo posset esse. 10. graduum quia vix faceret huiusmodi latitudo diuersitatem ĩ aspectu per. 30. minuta vnius gradus & hoc solum accidit in aspectu sextili & trino sed quia id modicũ est. Ideo impræsentiarum non curabimus.

EXEMPLVM.

EXEMPLVM

Propositio. LVI. Secũde ptis.

Gradum reuolutionis annorũ mundi ascendentem; nati & etiam alterius rei habentis exordium vtputa ædificij inuenire. ¶ Sciendum q̃ reuolutio anni est reditus Solis in eundem punctum in quo fuit in principio illius anni. ¶ Reuolutio autem annorum mũdi est introitus Solis in pricipiũ siue in primũ minutũ Arietis. ¶ Reuolutio alicui nati est reuersio Solis ad eundẽ punctũ Zodiaci in quo fuit natiuitatis hora. ¶ Reuolutio annorũ alicuius ædificij est reuersio Solis ad eundẽ locũ in Zodiaco in quo fuit in pricipio fundationis, scilicet quando ponebatur primus lapis &c. ¶ Reuolutio vero ascendẽtis nihil aliud est q̃ inuenire gradum ascendentem qui est in contactu horizontis cum reuolutio anni mundi; nati aut alterius rei principium habentis fuerit completa.

Secunda pars.

¶ Cõsiguit quolibet anno volueris scire gradũ reuolutiõis annorũ mũdi, idest ascẽdẽs tpe introitus Solis in Arietẽ, Addisce primũ, Introitũ Solis in Arietem aliq̃ anno tibi noto; bñ verificatũ; sub certo nũero dierũ horarũ minutorũ & secũdorũ; quãtum possibile est; & id tps introitus Solis in Arietẽ appellabis radicẽ. Deiñ horas & minuta (vt assolet) recẽse in limbo astrolabij diligẽtiq̃ potes & fini iũge almuri; & locũ eiq̃ in margine signa.

¶ Pręterea cõsidera annũ incarnatiõis ad quẽ cupis scire hmõi gradũ reuolutiõis & subtrahe nũerũ annorũ incarnatiõis radicis tanq̃ minorẽ a nũero annorũ ꝓpositorũ tanq̃ a maiori & residuũ nũerabit tibi annos inceptos annis radicis & annis tue cõsideratiõis. Est em hmõi residuũ q̃ntitas annorũ q̃ sunt a tpe radicis tuæ vsq̃ ad illũ annũ cuius ascẽdens q̃ris. Pro q̃libet g̃ anno residui moue Almuri a loco ĩ limbo signato p. 87. gradus. & 20 ferme minuta grad⁹; q̃ facto applica principiũ Arietis almuri fm oem p̃cisionẽ & gradus retis q̃ ceciderit super horizontẽ obliquũ orientalẽ erit ascendẽs anni ꝓpositi: & dicit grad⁹ reuolutiõis annorũ mũdi. Quo cognito p. 28. hui⁹ & etiã. 54. facile poteris æquare oẽs duodeci domos & cõstituere figurã reuolutiõis anni ꝓpositi p quã anni status iudicat. ¶ Verũ cũ nõnunq̃ anni residui sint multi; laboriosum; tediosum & difficile esset toties p. 87. grad⁹. & 20. minuta Almuri mouere a loco in limbo signato. Ideo ordinauim⁹ tabellã hic annexã. Per quã huiuscemodi negociũ facile absoluit; hoc pacto. Nũerũ annorũ residui qui nũmerant ab anno radicis vsq̃ in annũ cõsiderationis quere in linea prima numeri Annorũ lateris sinistri tabelle & in directo versus dextrã offendes gradus & minuta quibus a loco limbi signato nũeratis & termiõ nũeratiõis Almuri & pricipio Arietis applicatis videbis ĩ horizõte exortiuo gradũ ascẽdentẽ vt supꝛ

¶ Q̃ si annos residui nõ pręcise in linea prima nũeri annorũ inueneris; intra duplici introitu quẽadmodũ ꝓ medijs planetarũ motib⁹ supputãdis agere cõsueuim⁹; & si facta additiõe graduũ & minutorũ per duplicẽ introitũ inuentorũ; nũerus graduũ in. 360. gradus aut vltra euaserit rejice. 360. & residuũ serua. Cũ q̃ residuo age vt iã supꝛ exposuimus & habebis ꝓpositũ. scilicet gradũ ascendentẽ Anni ꝓpositi quẽ gradũ reuolutiõis annorũ mũdi appellam⁹ & ex cõsequutiõe. 12. cœli domicilia.

¶ Exemplũ hui⁹ partis tale subiungendũ est. Ad meridianũ oppidi Tũbingẽ. Introitus Solis in principiũ Arietis inunguẽ examinat⁹ fuit. Anno salutifere incarnatiõis. 1500. currente die. 10. mensis Marcij post meridiẽ hora sexta minuto ferme. 22. tpe æquato; hunc introitũ Solis in Arietẽ quantũ ad diẽ; horas & minuta & etiã quantũ ad nũerũ annorũ xpi seruo ꝓ radice annis futuris. Supputo igitur horas & minuta in limbo post meridiẽ & fini. 22. minuti. post sextam applico Almuri; Facioq̃ notã notabilẽ in limbo; quã etiã seruabo tanq̃ radicẽ futuris annis opportunã. His ꝓhabitis & ordinatis; obijcitur

EXEMPLVM.

Tabella Reuolutõis Ascendentiũ. Annorũ mũdi. Natiuitatum et Edificiorum.

Numeri Annorũ.	Gradus	Minuta.
1	87	19
2	174	38
3	261	57
4	349	16
5	76	35
6	163	54
7	251	12
8	338	31
9	65	50
10	153	9
11	240	28
12	327	47
13	55	6
14	142	25
15	229	44
16	317	3
17	44	22
18	131	41
19	219	0
20	306	19
40	252	37
60	198	56
80	145	15
100	91	33
200	183	6
300	274	40
400	6	13
500	97	46
600	189	19
700	280	52

mihi annus futurus, 1513, currens ad quem iubeor explorare gradum reuolutiõis annorum mundi &c. Subtraho ergo annos christi radicis, scilicet, 1500, ab annis oblatis scilicet, 1513, & habeo in residuo, 13, tot enim annis distant anni propositi ab annis radicis. Cum, 13, annis residui/Ingredior tabellam reuolutionis ascendentium &c. & in linea numeri annorum prima: ad sedem, 13, inuenio, 55, Gradus, &, 6, minuta gradus. Hos gradus & minuta supputo cum Almuri in gradibus limbi versus dextram & fini iungo Almuri vna cum principio Arietis & video in horizonte orientali ascẽdere, 14, gradũ, Scorpij. Proclamo igitur gradum reuolutionis mundi pro anno oblato fore, 14, Scorpij quod fuit optatum. Item gradu ascendentis reuolutionis in Horizonte durante habeo, 12, cœli domicilia fm modum rationalem & institutionẽ ppositionis, 54.

Fabrico igitur Thema celeste tale.

Secunda pars

Inuento gradu Reuolutionis mundi ad

certũ annũ oblatũ: siscite optaueris tẽpus introitus Solis ĩ Arietẽ, id haud difficiliter hoc modo cognosces. Stantibus reti in gradu ascendẽte reuolutiõis & Almuri in principio Arietis, cõtactus Almuri ostẽdit tibi in margine horã æqualẽ a meridie computandã. Nec nõ minuta horę si qua fuerint. Dies autem mensis hac nostra tempestate est decimus Marcij, introitui Solis in Arietem dedicatus. Futuris tamen annis, Idem introitus propter æquinoctij verni anticipationem nono diei Marcij alligabitur. Quamobrem si errorem declinare volueris per propositionem secundã huius aut verius per tabulas Solis, supputa eius verum locum in zodiaco ad meridiem decimi diei Marcij: quẽ si inueneris in Piscibus, 29. gradu cũ certis minutijs: manebit dies memoratus apta sedes solari introitui: a cuius meridie horę & minuta supra inuẽta supputãda sunt: quibus cõpletis Sol principium Arietis adibit. Equinoctiũq; vernum vniuerso mundo præstabit. Q; si ad meridiem, 10. diei per calculũ inueneris Solem iam aliquam partem Arietis etiam quantulam cunq; occupantẽ: reijce decimum diem & assume nonum Marcij: a cuius meridie computa (vt iam docuimus) tuas horas & minuta & certificaberis de die: hora & minuto introitus &c. ¶ In exemplo Anno tertiodecimo supra millesimũ quincentesimũ. s. proposito cupio scire introitum Solis in Arietem. Durante igitur reti in gradu ascendente reuolutiõis. Ita q; finis. 14. gradus. Scorpij tangat horizontem exortiuum: & Almuri in principio Arietis. Video Almuri tangere limbũ: fere in. 2. minuto post decimã horã ęqualem post meridianam. Dico ergo eodem Anno Solem intraturum Arietem. Die. 10. Marcij. hora. 10. minuto. 2. ferme. Vt autem de hac re summatim dicã: habes optime lector primo gradum reuolutionis annorum mundi. Secundo figuram. 12. cœlestium domiciliorum reuolutionis anni propositi. Et tertio introitum Solis in caput Arietis eiusdem anni propositi. ☞ ¶ De reuolutione gradus ascẽdentis genituræ hũanæ. De figura cœlesti reuolutionis: & de tempore eiusdem: non nulla perstringemus. Annũ propositæ genituræ: diem Mensis: horam: & partes horę: radicem inueniendis supponito. Disce etiam verum locum Solis ad tempus genituræ. Quibus habitis numera horas & minuta genituræ in limbo astrolabij a meridie quemadmodũ supra de horis & minutis introitus Solis in Arietem pro gradu reuolutionis mundi inquirendo præcepimus & termino iunge Almuri & pinge notam in limbo: quæ tanq; radicalis quedam nota reuolutõibus futurorum annorum genituræ seruiet. Si igitur quocũq; anno futuro gradum reuolutionis oblatę genituræ. Item cœleste thema: & tempus reuolutiõis scire desideras. Non aliter operaberis quam supra instituimus in paragrapho. Præterea considera &c. Præter id q; Almuri applicabis signo & gradui Solis tempore natiuitatis inuentis. ¶ In exemplo facile capies. Natus est quidam Anno gratiæ. 1459. die. Mensis Marcij post meridiem hora. 4. minuto tere. 20. Sole per Arietem. 10. gradum. &. 39. minutum. &. 40. 2m. gradiente. Annos christi iam propositos: diem Mensis horas & minuta appello radicem huius genituræ. Computoq; quattuor horas &. 20. minuta a meridie. & fini computationis inscribo notam: a qua omnes futurarum reuolutionũ gradus ascendẽtes supputabo. Præterea offert mihi Annus decimus post millesimũ qncẽtesimũ ad quẽ gradũ reuolutiõis ascẽdentẽ, ppositę genituræ. 12. cœli domos & tempus reuolutiõis pcipior determiare. Demo ergo annos radicis ab annis oblatis

EXEMPLVM.

☞ Hic docet Erigere Figurã Cœlestẽ humanę genituręę &c.

EXEMPLVM.

& habeo in residuo, 51, annos. Cũ quibus intro tabellã reuolutiõis duplici introitu eo q̃ eosdẽ ibidẽ nusq̃ offendo: primo cũ, 40, annis cũ quib̃ repio, 252, grad⁹, 37, minuta q̃ ex̃ scribo. Secdo intro eandẽ tabulã cũ, 11, annis residuis ad q̃r̃ sedẽ iuenio, 240 gradus & 28, minuta, q̃ alijs subscribo: & facta additiõe colligo, 493, grad⁹, &, 5, minuta. Sed q̃a grad⁹ excedũt, 360, Iccirco reijcio, 360, grad⁹ & remanent mihi, 133, grad⁹, 5, minuta, (minuta quidẽ q̃a pauca sunt reijtio) Grad⁹ aũt cõputo in limbo a nota facta: & termino applico Almuri: &, 11, gradũ, Arietis, & mox in horizonte orientali video ascẽdere, 29, gradũ Sagictarij: q̃ dicit grad⁹ ascendens reuolutiõis, hui⁹ geniture: anni decimi, p̃positi: dãs initiũ primę domui. Ipoq̃ iuariabilit in horizõte durãte reliquar̃ domor̃ principia in arcub⁹ & lineis domor̃ in promptu apparẽt. Vnde cœli figurã in hũc modũ erigo atq̃ cõstituo. Tandẽ Almuri indicat mihi ĩ margine quo tp̃e reuolutio p̃ficiat, fit em̃ hora, 13, minuta, 12, ferme, post meridiẽ nõ, 22, diei Martij, sed, 21, vt facile ex ephemeride huius anni constare poterit.



Secunda pars

Non dissimiliter opaberis in reuolutiõib' aliarum rerꝝ pricipia habentiũ vtputa in reuolutiõibus ædificiorꝝ ab exordio cõstructionũ. Electionũ ad dignitates honores officia &c. Sed qa pauca aut ppe modũ nulla sũt mihi p germaniã ẹdificiorꝝ exordia cognita. Ideo de his exẽplificare ptereo. Vnicũ tñ vt nre ppositiõi finẽ iponam' de lectõe exẽplũ subiũgem'. Inuictissimus & serenissimus. d. d. Maximilian' cæsar electus est in regẽ romanũ. Anno virginei partus. 1486. currẽte die. 15. mẽsis Februarij: hora. 23. Sole existẽte in Piscib'. 7. gradu. 14. fere minuto. Hui' electiõis petit reuolutio: q̃ nũ ad gradũ ascendentẽ figurã cœlestẽ. & tps Anno salutis. 1510. currẽte. Cõputo primũ tps electionis in horis a meridie. & facio ad finẽ notã in margine. Deinde subtraho annos electiõis ab annis ppositis & habeo in residuo. 24. Cũ quib' duplici introitu ingredior tabellã reuolutõis & colligo. 655. gradus. 35. minuta. & facta (ppt excessũ) reiectione. 360. graduũ remanẽt. 295. gradus. 35. minuta. quibus a nota radices supputatis: termiõ cp Almuri iũcto: nec nõ septio gradu. & 14 minuto Pisciũ. offendo in horizõte gradũ ascẽdentẽ reuolutiõis anni ppositi. 8m. quasi Pisciũ. Tempus reuolutiõis. 15. die Februarij. 18. hora. 42. minuto. figuram aũt. 12. domorꝝ put subannectitur.



Quandoq; accidit in reuolutionibus genitu-
rarum: ædificiorꝫ: & etiã electionũ: q̃ verus locus Solis quæsitus ex tabulis bene ex-
aminatis: ad tempus reuolutiõis etiã inequatũ (presertim cũ plures anni a radice trans-
ierũt) nõ cõcordat cũ vero loco radicis quãdoq; em̃ est maior quãdoq; minor. Quod
ex eo euenire doctos mathematicos nõ latet: q̃ æquationes Solis per quas eius verus
motus addiscitur in vno loco zodiaci citius crescũt aut decrescũt. In alio tardius. Sole
em̃ existente in auge puta Cancro aut circa: vel in augis opposito scilicet Capricorno
aut ppe: æquationes Solares citius variãt: quoniã Sole transeunte per longitudines
medias puta Arietẽ aut librã aut loca his vicina. Ibi em̃ ad annos plurimos æquatiões
inuariate manẽt aut ad minus nullã sensibilem diuersitatẽ causant. Quare fit (vt dixi-
mus) q̃ nõ nunq; verus locus Solis ad tempus reuolutiõis etiã inæquatum, p vt hoc
negociũ postulat nõ directe quadrat cũ vero loco radicis: quod absurdũ est. Cum ta
lismodi reuolutio nihil aliud sit q̃ reditus Solis ad suũ verissimũ locum in quo fuit in
radice geniturꝫ: ẹdificij aut electionis. Quare si omnẽ errorem vitare volueris: cõpu-
ta ad tempus reuolutionis supra inuentũ: reiecta tamen prius dierũ æquatione. Verũ
locum Solis inunguẽ: qui si a vero loco radicis minime discordauerit tempus reuolu
tionis iuste est extractũ & inuentũ. Si discordauerit: quere verum locũ Solis ad tẽpus
aut min⁹ aut maius (prout negocium petit) & ad quod inueneris verum locum Solis
per omnia concordantẽ cum loco radicis (quod hoc facile absolues per tabulam veri
motus Solis in horis & minutis) Id tempus addita dierũ æquatione erit verũ tempus
reuolutionis. & potes illud pro noua radice aceptare: & per hoc inuestigare futuro-
rum annorũ: gradus ascendentes reuolutionũ figuras cœlestiũ domorꝫ &c̃. Quare si
quis peteret scire gradus ascendẽtes reuolutionũ ad principia omniũ. 12. signorꝫ. Itẽ fi-
guras. 12. domorum. & tempus introitus Solis in eadem. Eliciat aliquo anno sibi no
to radicẽ pro introitu Solis in Arietem vt prædiximus. Cuius vsus propter tarditatẽ
variationis æquationum Solis in longitudine media pluribus seculis accõmadabitur
Idem fere de signo libre accipiendũ est. Pro reliquis aũt signis: elaboratis radicibus in
troituum Solis in ipsa: ad certum annum: elapsis. 20. aut. 30. annis propter causam su-
perius expositam instituende sunt nouæ radices: & habebis res certas nullo errore in-
uolutas.

Propositio. LVII. Secũde partis.

Tabulã eleuationũ signorũ qualibet hora
diei cõfectioni horologiorꝫ seruientẽ componere. ¶ Hermãnus cõtract⁹
Libro secũdo de vtilitate astrolabij. Ita inquit. Quicunq; astronomicæ pe
ritiam disciplinæ & cœlestium sphærarum. Geometricaliumq; mensurarum: altiorẽq;
scientiam diligenti veritatis inquisitione altius rimari conatur: & certissimas horo-
logiorũ quorũlibet climatũ rationes & quælibet ad hec climata pertinentia industrius
discriminare nitatur hanc walzagoram. idest planam sphæram Ptolemei siue astrola-
lapsum solerti indagatione perquirat & discat. & perquisitam tenaci memoriæ fir-
miter commendet &c̃. Cum dicit: & certissimas horologiorum quorumlibet climatũ
rationes &c̃. Voluit nobis ostẽdere: q̃ officio astrolabij possint componi horologia

ad diuersa climata: & eorundem causæ reddi: quare vnius climatis horologiũ ab alio alterius climatis differat. Egregie profecto dixisset gentilis noster Hermannus si modum executionis aut constructionis horologiorum silentio non preterisset. Nos aũt nouicijs in hac arte astrologica morẽ gerere volentes. Docebimus quo pacto tabulæ quædam adiumento astrolabij componende sint, quibus habitis horologia ad diuersa climata: diuersasq; eleuationes polares componi possunt Adijciemus etiam in calce propositionis vt omnia liquidius pateant pro exemplo. Compositionem cuiusdã quadrantis horarij. Quem bilimbatum appellabimus. ¶ Ex astrolabio igitur tabulã eleuationum signorum ad eleuationem poli borealis certi climatis: ad quam mater astrolabij aut tabula fabricata est: hoc modo compones. Principio omniũ per propositionem. 35. huius addisce ad quã polarem eleuationẽ & ad quod clima mater aut tabula astrolabij sit composita: quã a. 90. gradibus deme Et habes eleuationẽ meridianã ad principia Arietis & Libre: quæ dicit eleuatio ęqnoctiaĺ. Cui si addideris. 23. grad° & 30. minuta. Solis maximã declinationem colliges eleuationẽ meridianam principij Cancri. Et si Solis maximã declinationem ab eleuatione Arietis subtraxeris: videbis eleuationem meridianã ad principium Capricorni. Has tres eleuationes meridianas ad horum trium signorum exordia per astrolabium hoc modo cognosces. Pone principium signi super lineam meridianã & numera almicantharat inchoando a primo vsq; in almicantharat aut eius partem quod principiũ signi tangit: & habebis idẽ. scilicet eleuationẽ principij signi tempore meridiano. Nõ tamen fm omnimodã precisionem quantũ ad minuta propter instrumenti paruitatẽ & hoc modo per astrolabium addisce eleuationes meridianas ꝑ principijs omniũ signorꝫ & etiam ad partes signorꝫ puta ad. 10m. & 20m. gradum cuiuslibet signi: aut ad. 15m. Quibus habitis cõde tabulam & sub hora. 12. scribe has principiorum signorum etiam partium eorundẽ eleuationes meridianas. pro ut in subiuncta tabula visu est facile. ¶ Præterea pro eleuationibus principiorũ signorũ ad horas postmeridianas extrahendis taliter operare: applica Almuri horę primę post meridianę cui iunge principium propositi signi & numera in almicantharat eius eleuationẽ in gradibus & minutis. quantũ possibile est & eandem scribe sub hora prima tabule in directo principij signi ꝓpositi. Cæterũ applica Almuri horæ secundę vna cum principio signi propositi & iterum supputa in arcubus almicantharat eleuationem quã tabulæ inscribe sub titulo hore secunde & in directo principij propositi signi: & hoc pacto pro eleuatione aliarum horarũ operaberis vsq; in occasum principij signi: & ita procede cum initijs. 6. signorꝫ scilicet Cancri. Leonis. Virginis. Libre. Scorpij. & Sagictarij. Potes etiã si te labor delectat præter tamen necessitatem contexere tabulã pro eleuationibus partiũ signorum ad horas postmeridianas. Extractis autem eleuationibus signorum ad horas post meridiẽ easdem facile eleuatiõibus horarum ante meridianarum aptabis. Nam eleuatio signi horę prime post meridiane asscripta: horę vndecime ante meridianæ seruiet: & eleuatio secunde post decimę ante: & eleuatio tertię post none ante & sic de reliquis horis.

Harum rerum omniũ accipe hãc annexam tabulam pro exemplo.

Tabula Eleuationum Signorũ qualibet Hora diei ad Eleuatõem Polarẽ. XLVIII. graduum et. XX. fere minutorum.

					12	11		10		9		8		7		6		5		Noze añ meridiẽ
						1		2		3		4		5		6		7		Noze pꝰ meridiẽ
Sig	G	Sig	G	G	Φ	G	Φ	G	Φ	G	Φ	G	Φ	G	Φ	G	Φ	G	Φ	
♋	0		30	65	10	62	20	55	30	46	40	37	0	27	0	17	20	8	0	
	10		20	64	50															
	20		10	63	40															
♌	0	♊	0	61	50	59	0	52	50	44	10	35	0	24	40	15	q̃i	5	20	
	10		20	59	30															
	20		10	56	30															
♍	0	♉	0	53	q̃i	51	q̃i	45	30	37	40	28	20	18	30	8	20			
	10		20	49	30															
	20		10	45	40															
♎	0	♈	0	41	40	40	0	35	0	28	0	19	30	10	0	0	0			
	10		20	37	40															
	20		10	33	50															
♏	0	♓	0	30	q̃i	28	40	24	30	18	10	10	0	1	10					
	10		20	26	50															
	20		10	24	q̃i															
♐	0	♒	0	21	30	20	0	16	20	10	30	3	10							
	10		20	19	40															
	20		10	18	30															
	30	♑	0	18	10	17	0	13	20	7	40	0	30							
												q̃i								

NOn aliter operandum est q̃ꝫ iam exposuim' pro cõpositione tabulę eleuationũ signorum ad aliud clima aliamq̃ꝫ polarem eleuationem a prædicta distantẽ: præhabita tamẽ tabula aut matre. Et videbis tabulas in eleuationibus signorꝫ admodũ differre: quare & horologia adiumento harꝫ tabularum fabricata notabiliter distabunt. Vnde horologiorꝫ rationes facile reddi possunt & q̃re vnum horologiũ iustas horas ꝓ certo clímate aut polari eleuatione indicet & aliud in iustas. ¶ Cõdita tabula eleuationũ signorꝫ: per ipsam plura horaria solaria cõfici possunt ad eandẽ tamẽ polarem eleuationẽ ad quã tabulã construximus: quorꝫ cõfectiones impsentiarꝫ missas facimus: præter cuiusdã quadrantis bilimbati cuius cõpositionem supra polliciti sumus: hic pro exemplo adiiciemus. ¶ In plano igit' describe quadrantem cuius arcu quẽ limbũ appellamus in. 90. gradus (vt assolet) partire & ponãt' differentiæ gratia. a. in centro quadrantis. b. sinistram versus in arcu & linea recta ab. in arcum porrecta: &. c. in eodẽ arcu versus dextrã & in linea ab. a. in arcum ꝓducta.

EXEMPLVM.

Secunda pars

